Na nowo oprawił (z zachowaniem starej skóry okładkowej) introligator Jan Wyżga w r. 1935. Połamane i zgryzione przez kołatka deski zastąpiono grubą tekturą. Wyklejka przedniej okładki została wyrestaurowana i nalepiona na drugą kartę ochronną nową (papierową); tylnej wyklejki nie było.

[illegible]stus natus ex [illegible] nos [illegible]
[illegible]us hodie na[illegible] [illegible] solvat [illegible]catus
Nativitas hod[illegible] [illegible] gaudia eterna
In [illegible] [illegible]
Per nativitatem [illegible] [illegible] angelorum [illegible]
Per nativitat[illegible] [illegible] vitam eternam
Nativitas [illegible] [illegible] omne molestum

[illegible] [illegible] appareat nobis [illegible] gratia [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] salvi et [illegible]
Evangelium [illegible] [illegible] nobis [illegible] et [illegible]

Benedictiones quottidiane

In primo Nocturno

[1] Benedictione perpetua benedicat et custodiat nos pater eternus.
[2] Unigenitus dei filius nos benedicere et adiuvare dignetur
3 Spiritus sancti gratia dignetur illuminare sensus et corpora nostra

In secundo nocturno

Creator celi et terre dignetur nos bene[dicere]
Cristus perpetue det nobis gaudia vite
Ignem sui amoris accendat deus in cordibus nostris

In tercio nocturno

Sancti Evangelii lectio sit nobis salus et [...]
Per evangelica dicta deleantur nostra delicta
Divinum auxilium maneat et sit semper nobiscum ut intellectum s[...]

Alie de beata virgine et per angelos in die coronis corporis

In primo nocturno

Alma virgo virginum intercede pro nobis ad dilectissimum filium
Sancta dei genitrix sit nobis pia advocatrix
Intercede ~~pia nobis~~ pro nobis ~~pia~~ virgo maria

In secundo nocturno

Oret voce pia pro nobis virgo maria
Nos cum prole pia benedicat virgo maria
Stella maria maris nos protege et [...]

In tercio nocturno

Precibus sue matris benedicat nos filius dei patris
Hac matris filius sit nobis clemens et propicius
Ad choros angelorum perducat nos regina celorum

Breviarium

Psalmi in nocturnos de apostolis

In primo nocturno
Celi enarrant
In omnem
Benedicam domino xij
Eructavit cor xiij

In secundo no
Omnes gentes xviij
Exaudi deus deprecationem
Exaudi deus orationem
Constitues

In tercio no
Confitebimur xiij
Dominus regnavit
Dominus regnavit
In omnem
Annunciaverunt

In secundis vesperis
Dixit dominus
Laudate pueri
Credidi
In completorio
Domine probasti

In primo nocturno
Domine vir
Enarrare
Celi enarrant
Mirabilis

De martyribus
In secundo nocturno
Verba mea
Domine dominus noster
Domine quis habitabit
Exultent

In tercio no
Conserva me
Domini est terra
Beati quorum xij
Iusti autem
Gloriosi

In secundis vesperis
Dixit dominus
Beatus vir
In convertendo
Exurge me
Lauda Ierusalem

In primo nocturno
Beatus vir
Enarrare fecit
Domine quid multiplicati
Gloria et honore

De martyre
In secundo no
Cum invocarem
Verba mea
Domine dominus noster
Posuisti

In tercio nocturno
In domino confido
Domine quis habitabit
Domine in virtute
Magna est gloria
Corona

In secundis vesperis
Beatus vir
Credidi
Ad dominum
Ad te levavi
De profundis

In secundis vesperis
Dixit dominus
Beatus vir
Laudate pueri
Credidi
De profundis

In primo nocturno
Beatus vir
Enarrare fecit
Domine quid multiplicati
Amavit eum

De confessore
In secundo no
Cum invocarem
Verba mea
Domine dominus noster
Desiderium

In tercio
Domine in virtute
Domine in virtute
Domini est terra
Iustus ut palma
Iustus germinabit

In secundis vesperis
Dixit dominus
Laudate pueri
Letatus sum
Nisi dominus
Lauda Ierusalem

In primo nocturno
Domine dominus noster
Celi enarrant
Domini est terra
Specie tua

De virgine
In secundo
Eructavit
Deus noster refugium
Fundamenta
Diffusa

In tercio
Cantate
Dominus regnavit
Cantate
Adiuvabit
Audi filia

Antiphonam

Feria secunda de sancto Adalberto et aliis in infra octavam et memoria de eo
Gloriosi dei martyr

Feria tercia de sancto Wenceslao
Stola iocunditatis

Feria quarta de sancto Floriano
Vir mollis

Feria quinta de sancto Stanislao

Sequuntur optima documenta in tempore interdicti servanda

Interdictum est censura ecclesiastica a divinis suspendens officiis et ecclesiasticis sacramentis active vel passive. Quia ista officia et sacramenta non potest aliis porrigere neque recipere. Et est duplex scilicet generale et speciale. Generale est cum regnum provincia civitas vel castrum vel villa ecclesiastico subicitur interdicto. Speciale autem quando prohibetur specialiter in aliquo loco vel in aliqua ecclesia. Nominatim vero in interdicto sunt qui per nomine vel aliis circumstantiis indubitabiliter aut evidentiae designantur vel quorum in sententia specificantur. Ut si iudex dicat interdico Petrum cum fautoribus et participibus suis. Hic Petrus est nominatim interdictus et alii sunt [illegible] fautores vel sive participes non sunt nominatim interdicti sed tamen in genere. Et ideo non tenentur eos qui publice denuntiare [illegible] nominatim puniendi sive denunciandi [illegible] participes sive favores nisi forsitan ipsorum principaliter esset nota adeo in ... quod non indiget certificatione cum [illegible] vel aliis sententiis sint astricti. **Nota** Sequuntur regule sive doctrine circa observantiam interdicti.

Tempore interdicti matrimonium contrahitur. Baptizandi parvulorum, penitentie morientium. Sacramentum confirmationis et viaticum in corpus Christi decedentibus conferuntur. Tempore interdicti corpus Christi portari ad infirmum precedente lumine et cum pulsu campanelle et potest dari infirmo aliis astantibus et videntibus etiam interdictis. Tempore interdicti non est dandum corpus Christi infirmo [illegible] et ad [illegible] nisi mortis periculum immineat [illegible]. Nec aliis sanis vel infirmis non ad mortem. Item non est dandum intrantibus tempore bellum tamen sanis [illegible] timentes periculum mortis. Item in tempore interdicti corpus Christi potest dari dampnatis ad mortem tamen viaticum [illegible]. Tempore interdicti extrema unctio nullis est danda, quia nec clericis religiosis nec laycis sub pena irregularitatis.

Tempore interdicti non debet publice fieri officium baptismi in sabbato sancto, vel quod fiet crisma in cena domini vel lotio pedum, nec benedicto paramentorum, vel calicis, vel corporalium vel etiam candelarum in purificatione beate virginis, vel palmarum, vel consecratio altarium [illegible] [illegible] potest benedici. Tempore interdicti [illegible] potest orare [illegible]. Item tempore interdicti [illegible] in missa legi, graciarum actiones possunt dici. Campane ad [illegible], religiosos [illegible] possunt pulsari, et pro adventu prelati vel episcopi, et de [illegible] preparare et [illegible] [illegible]. Et per sermone fiendo. Tempore interdicti potest fieri in loco interdicto sicut in stola et in supplicio [illegible] in secreto loco potest adesse [illegible] matrimonio et dicere [illegible] illa in [illegible]. Tempore interdicti nullus debet sepeliri in loco consecrato sed in ecclesia vel cimiterio consecrato, nisi clericus qui est [illegible] qui potest sepeliri in loco consecrato sed sine sollempnitate sed extra loca consecrata possunt corpora mortuorum sepeliri sed si ibi fiunt [illegible] officium fiunt irregulares. Item tempore interdicti non possunt fieri exequie neque anniversaria defunctorum.

Tempore interdicti homines gaudent de indulgentiis et remissionibus [illegible] in interdicto. Nullus [illegible] neque alios decipiat qui [illegible] possit [illegible] tempore interdicti. Eo quod [illegible] privilegia [illegible] [illegible] revocata per [illegible] Alma mater. Circa alias ecclesias [illegible] civitatis sive loci [illegible] nulli licet [illegible] sub pena irregularitatis neque [illegible] in [illegible].

Si generaliter est interdicta ut non plus illa quam alia si pluries esset tunc plebani et alii presbiteri qui sunt membra eiusdem ecclesie possunt in ea secrete celebrare sine pulsu et pro hoc quod neque admittatur. Nota si sententia obedientie domus suis ut coram eis celebret secrete vel publice et domus sunt reges a nullo absolvuntur nisi a papa et ipse celebrans a non alio absolvendus est. Cum alicui sacerdoti collato sacramento interdicitur sicut esset pietate [illegible] quod ad ipsum

sone ordinis post est irregularis sed cum sacerdos interdicitur a sacerdote si immiscet in sua ordine non est irregularis. Si contingit etiam te esse diunis expositam simpliciter tempore interdicti in loco interdicto cum gloria non est membrum non est irregularis. Secus est si quis presbiter vel aliquis te prestat sacerdotis coram ipse celebrari quia tunc est irregularis.

Tempore interdicti non licet clericis ut bini et bini audiant in ecclesia sua ita quod parochiani excommunicati audiant quia hoc non possunt facere sine violatione interdicti. Tempore interdicti potest mulier post partum purificari extra [illegible] presbiteri interdicti in ecclesiam ad confessionem non tamen in orationibus et psalmis sollempnibus. Tempore interdicti possunt laici in die Parasceves ad crucem accedere et orare. Tempore interdicti potest aqua benedici sed non presumat aspergi si tamen aspergat non est irregularis. Si quis est de loco vel populo interdicto apud in ecclesia orare quam non celebrantur divina dum non dedit tamen interdicto.

Item quatuor modis violatur interdictum secundum tabulam [illegible] scilicet admittendo excommunicatos et interdictos ad divina, cantando alta voce, vel ianuis apertis, vel pulsu de campanis dicitur. Si quis celebrat in ecclesia sciens polluta per seminis emissionem vel sanguinis effusionem licet peccet graviter non tamen erit irregularis. Et hoc non sit expressum in iure. Si fertur interdictum in aliquem quamdiu ipse est in eodem loco non est cantandum et statim ipso recedente resumantur divina nisi aliud relaxato. Tempore interdicti canonici vocati ad electionem venire non tenentur si vero veniunt et procedunt valet electio. Si propter [illegible] discordia patronorum interdicitur aliqua ecclesia et hoc exprimitur propter [illegible] in predicto vel interdictionem ibi celebrans publice est irregularis. Secus tamen est si post hostia clausa. Si fertur interdictum in omnes ecclesias alicuius provincie vel civitatis est speciale et non generale interdictum quod fit sepe per executores gratiarum et legatos. Si interdicitur specialiter aliqua ecclesia non celebrentur in ea divina nisi in quatuor festivitatibus publice secundum novam decretalem Alma mater.

Cum est specialiter interdicta ecclesia potest in ea baptizari et crismari hoc esset tamen est quod fiet extra. Si interdicitur ecclesia tunc capelle et cimiteria contigua sunt interdicta. Secus est si non sunt contigua. Interdicto loco vel civitate licet ipse civitate non sit interdictum edificia tamen loca adherentia sunt interdicta. Quid autem dicitur loca adherentia relinquitur arbitrio boni viri si de hoc non est consuetudo vel si statuto non est diffinitum de adherentiis. Si fertur interdictum in terram alicuius domini fertur de terra quam sit quod ad dominum interdicendum quam tenet in feodo vel in emphiteosim et quam tenet nomine dotis uxoris sue et illa quam habet in pignore sive fructus si impignorata non intelligitur. Si vero fertur in terram quam tenet civitas si habet terram in diversis provinciis propter preceptum iurisdictionis omnes ille partes censentur interdicte. Secus si dicunt si quis vendit vel perdit ipse hoc non tollitur interdictum nisi si nova accepit de illa non intelligitur interdicta. Interdicto populo sine clero sive [illegible] in civem licet ubi non habet est interdictum.

Explicit tractatus de interdicto [illegible]

~~Processus ad confessionem~~

Adiutorium nostrum in nomine domini. Qui fecit celum et terram. Domine labia mea aperies. Et os meum annunciabit. Deus in adiutorium. Domine ad adiuvandum. Gloria patri et filio. Ympnus Veni creator. Dicatur per totum usque ad finem. V. Ut qui habitant. Ps. Miserere. Qua dilecta. Benedixisti. Inclina. Fundamenta. Credidi. Lauda. De profundis. Memento. Iudica me. Saepe. Iudica me deus et discerne causam meam. V. Ut qui habitant. Kyrieleyson. Christeleyson. Kyrieleyson. Pater noster. Et ne nos inducas. Sed libera nos. Exurge christe adiuva nos. Et libera. Sacerdotes tui induantur. Et sancti tui. Ostende nobis. Et salutare tuum. Ne reminiscaris domine. Ut pro tuum [illegible]. Non intres in iudicium. Quia non iustificabitur in conspectu. Cor mundum crea in me deus. Et spiritum. Ne proicias me a facie tua. Et spiritum. Redde mihi leticiam. Et spiritu principali. Peccavimus cum patribus nostris, iniuste egimus. Delicta iuventutis et ignorantias meas. Ab occultis meis. Et ab alienis. Emitte spiritum tuum. Et renovabis. Domine exaudi orationem. Et clamor. Dominus vobiscum. Oremus.

Fac me quaeso omnipotens deus ita iustitia indui ut in sanctorum tuorum merear exultatione laetari quatenus emundatus ab omnibus sordibus peccatorum consortium adipiscar tibi placentium sacerdotum meque tua misericordia a vitiis omnibus exuat quem reatus propriae conscientiae gravat. Per dominum nostrum.

Aures tuae pietatis mitissime deus inclina precibus meis et gratia sancti spiritus illumina cor meum ut tuis mysteriis digne ministrare teque aeterna caritate diligere merear. Per dominum.

Omnipotens sempiterne deus tua maiestas et una deitas qui in trinitate manes et in unitate consistis, ora quaeso ut qui peccatorum meorum pondere premor celerem indulgentiam.

Omnipotens sempiterne deus misericordiam tuam ovans supplicabo consequi merear per [illegible] tuas ut qui demittere qualiter defendimus inter [illegible] sed [illegible] magna tu omnibus sanctis tuis non meritum tuum sed indulgentiam largiaris. Per dominum nostrum. Dominus vobiscum. Benedicamus domino. Salve regina. Oratio. Intervenat pro nobis domine ihesu christe.

No v sus de impositione graduales

In pascha pentecostes cum duo octo diebus (graduales)
Solo vero die nat christi quam duo ascens

A dominica Invitatorium usque ad dominicam in
dicam in passione domini canitur Adveniet ubi ps
Beatus vir Item sequens invitatorium cantatur in pas
sione domini in dominica Iudica et in dominica Domine
ne longe antiphona [illegible] impiorum ps Beatus vir
cum aliis. Sic in octava sancte trinitatis cum hysto
riam Deus omnium sequens Invitatorium in capi
tulum cantatur usque vidi dominum Invitatorium
Adoremus dominum qui fecit nos ps Venite v.

Primo dierum omnium quo mundus extat condi
tus vel quo resurgens conditor nos morte victa
liberet. Pulsis procul torporibus surgamus
omnes ocius et nocte queramus pium sicut prophetam
novimus. Nostras preces ut audiat suamque
dexteram porrigat et expiatos sordibus
reddat polorum sedibus. Ut quique sacratissimo
huius diei tempore horis quietis psallimus donis
beatis muneret. Iam nunc paterna claritas te
postulamus affatim absit libido sordidus
omnisque actus noxius. Ne feda sit vel lu
brica compago nostri corporis per quam avernis
ignibus ipsi crememur acrius. Ob hoc re
demptor quesumus ut probra nostra diluas vite per
hennis commoda nobis benigne conferas.
Quo carnis actu exules effecti ipsi ce
lis ut psallamus cernimus melos canamus
glorie. Presta pater piissime patrisque c. Invitatorium
Regem magnum adoremus dominum ps Venite v.

Nocte surgentes vigilemus omnes
semper in psalmis meditemur atque viribus totis
domino canamus dulciter hymnos. Ut
pio regi pariter canentes cum suis sanctis
mereamur aulam ingredi celi simul
et beatam ducere vitam. Prestet hoc nobis
deitas beata patris ac nati pariterque sancti spiritus
cuius resonat in omni gloria mundo. Amen. Reque
ium cum aliis cantatur ab octava sancte trinitatis
usque Pro fidei meritis vocitatur. ps Dd.

eatus vir qui non abiit in consilio impiorum et in
via peccatorum non stetit: et in cathedra
pestilencie non sedit. Sed in lege
domini fuit voluntas eius: et in lege
eius meditabitur die ac nocte. Et
erit tamquam lignum quod plantatum est
secus decursus aquarum: quod fructum
suum dabit in tempore suo. Et folium
eius non defluet: et omnia quecumque
faciet prosperabuntur. Non sic impii
non sic sed tamquam pulvis: quem pro
icit ventus a facie terre. Ideo non re
surgunt impii in iudicio: neque
peccatores in consilio iustorum. Quo
niam novit dominus viam iustorum: et iter impi

orum non pdibit. Gla patri. ps dd.

Quare fremuerunt gentes: et ppli meditati sunt inania. Astiterunt reges terre et principes conuenerunt in unum aduersus dnm et aduersus xpm eius. Dirumpamus vincula eorum: et piciamus a nobis iugum ipsorum. Qui habitat in celis irridebit eos: et dns subsannabit eos. Tunc loquetur ad eos in ira sua: et in furore suo conturbabit eos. Ego autem constitutus sum rex ab eo super syon montem sanctum eius: predicans preceptum eius. Dns dixit ad me filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula a me et dabo tibi gentes hereditatem tuam: et possessionem tuam terminos terre. Reges eos in virga ferrea: et tamquam vas figuli confringes eos. Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram. Servite dno in timore: et exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam: nequando irascatur dns: et pereatis de via iusta. Cum exarserit in breui ira eius: beati omnes qui confidunt in eo. Gl.

Domine quid multiplicati sunt qui tribulant me: multi insurgunt aduersum me. Multi dicunt anime mee: non est salus ipsi in deo eius. Tu autem dne susceptor meus es: gloria mea et exaltans caput meum. Voce mea ad dnm clamaui: et exaudiuit me de monte sancto suo. Ego dormiui et soporatus sum: et exurrexi quia dns suscepit me. Non timebo milia populi circumdantis me: exurge dne: saluum me fac deus meus. Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuisti. Dni est salus: et super populum tuum benedictio tua. Gl.

Cum inuocarem exaudiuit me deus iusticie mee: in tribulatione dilatasti mihi. Miserere mei: et exaudi orationem meam. Filii hominum usquequo graui corde: ut quid diligitis vanitatem et queritis mendacium. Et scitote quoniam mirificauit dns sanctum suum: dns exaudiet me cum clamauero ad eum. Irascimini et nolite peccare que dicitis in cordibus vestris: et in cubilibus vestris compungimini. Sacrificate sacrificium iusticie et sperate in dno: multi dicunt quis ostendit nobis bona. Signatum est super nos lumen vultus tui dne: dedisti leticiam in corde meo. A fructu frumenti: vini et olei sui

plicati sunt. In pace in idipsum: dor-
miam et requiescam. Quoniam tu domine sin-
gulariter in spe: constituisti me. Gloria.
Verba mea auribus percipe domine:
intellige clamorem meum. Intende
voci orationis mee: rex meus et deus
meus. Quoniam ad te orabo domine: mane
exaudies vocem meam. Mane
astabo tibi et videbo: quoniam non deus vo-
lens iniquitatem tu es. Neque habi-
tabit iuxta te malignus: neque per-
manebunt iniusti ante oculos tuos.
Odisti omnes qui operantur iniquitatem:
perdes omnes qui loquuntur mendacium.
Virum sanguinum et dolosum ab-
hominabitur dominus: ego autem in multitudi-
ne misericordie tue. Introibo in domum tuam:
adorabo ad templum sanctum tuum in ti-
more tuo. Domine deduc me in iusti-
cia tua propter inimicos meos: diri-
ge in conspectu tuo viam meam. Quoniam
non est in ore eorum veritas: cor eorum va-
num est. Sepulchrum patens est guttur
eorum linguis suis dolose agebant
iudica illos deus. Decidant a co-
gitationibus suis secundum multitudinem
impietatum eorum expelle eos quoniam
irritaverunt te domine. Et letentur omnes
qui sperant in te: in eternum exultabunt: et
habitabis in eis. Et gloriabuntur in te
omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam
tu benedices iusto. Domine ut
scuto: bone voluntatis tue
coronasti nos. Gloria patri. ps. vi.
Domine ne in furore tuo
arguas me: neque in ira tua cor-
ripias me. Miserere mei domine
quoniam infirmus sum sana me domine: quoniam
conturbata sunt omnia ossa mea.
Et anima mea turbata est valde:
sed tu domine usquequo. Convertere domine
et eripe animam meam: salvum me fac
propter misericordiam tuam. Quoniam non est in mor-
te qui memor sit tui: in inferno
autem quis confitebitur tibi. Laboravi
in gemitu meo lavabo per sin-
gulas noctes: lectum meum lacri-
mis meis stratum meum rigabo.
Turbatus est a furore oculus me-
us inveteravi inter omnes inimicos
meos. Discedite a me omnes qui
operamini iniquitatem: quoniam exaudivit
dominus vocem fletus mei. Exaudivit
dominus deprecationem meam: dominus orationem
meam suscepit. Erubescant et
conturbentur vehementer omnes inimi-
ci mei: convertantur et erubescant valde
velociter. Gloria patri. an. [illegible]

uocantur iure bis legem qui diu meditatur nocte dieque. añ. Servite domino in timore: et exultate ei cum tremore. añ. Iuste iudex.

Domine deus meus in te speravi: salvum me fac ex omnibus persequentibus me et libera me. Nequando rapiat ut leo animam meam: dum non est qui redimat neque qui salvum faciat. Domine deus meus si feci istud: si est iniquitas in manibus meis. Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam merito ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animam meam et comprehendat et conculcet in terra vitam meam: et gloriam meam in pulverem deducat. Exurge domine in ira tua: et exaltare in finibus inimicorum meorum. Et exurge domine deus meus in precepto quod mandasti: et sinagoga populorum circumdabit te. Et propter hanc in altum regredere: dominus iudicat populos. Iudica me domine secundum iusticiam meam: et secundum innocentiam meam super me. Consumetur nequicia peccatorum et diriges iustum: scrutans corda et renes deus. Iustum adiutorium meum a domino: qui salvos facit rectos corde. Deus iudex iustus fortis et paciens: numquid irascetur per singulos dies. Nisi conversi fueritis gladium suum vibravit: arcum suum tetendit et paravit illum. Et in eo paravit vasa mortis: sagittas suas ardentibus effecit. Ecce parturiit iniusticiam: concepit dolorem et peperit iniquitatem. Lacum aperuit et effodit eum: et incidit in foveam quam fecit. Convertetur dolor eius in caput eius: et in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Confitebor domino secundum iusticiam eius: et psallam nomini domini altissimi. Gloria patri et filio. psal. viii.

eius

Domine dominus noster. Quoniam elevata est. Ex ore infantium et lactentium. Quoniam videbo celos tuos. Quid est homo. Minuisti eum paulo. Omnia subiecisti sub. Oves et boves. Volucres celi et pisces. Domine dominus noster. Gloria. ps. ix.

Confitebor tibi domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua. Letabor et exultabo in te: psallam nomini tuo altissime. In convertendo inimicum meum retrorsum: infirmabuntur et peribunt a facie tua. Quoniam fecisti iudicium meum et causam meam: sedisti super thronum qui iudicas iusticiam. Increpasti gentes et periit impius: nomen eorum delesti in eternum et in seculum seculi. Inimici defece-

ziui framee in finem: et ciuitates
eorum destruxisti. Periit memoria
eorum cum sonitu: et dominus in eternum per
manet. Parauit in iudicio thro
num suum et ipse iudicabit orbem terre
in equitate: iudicabit populos in
iustitia. Et factus est dominus refugium
pauperi: adiutor in opportunitati
bus in tribulatione. Sperent in te
qui nouerunt nomen tuum: quoniam non
dereliquisti querentes te domine. Psal
lite domino qui habitat in syon: annunti
ate inter gentes studia eius. Quoniam
requirens sanguinem eorum recor
datus est: non est oblitus clamorem
pauperum. Miserere mei domine vide hu
militatem meam de inimicis meis.
Qui exaltas me de portis mor
tis: ut annuntiem omnes laudationes
tuas in portis filie syon. Exulta
bo in salutari tuo: infixe sunt gentes
in interitu quem fecerunt. In laqueo isto
quem absconderunt: comprehensus est pes
eorum. Cognoscetur dominus iudicia
faciens: in operibus manuum suarum
comprehensus est peccator. Conuertantur
peccatores in infernum: omnes gentes
que obliuiscuntur deum. Quoniam non
in finem obliuio erit pauperis: pa
tientia pauperum non peribit in finem.

Exurge domine non confortetur homo
iudicentur gentes in conspectu tuo.
Constitue domine legislatorem
super eos: ut sciant gentes quoniam
homines sunt. Ut quid domine rece
sisti longe: despicis in opportuni
tatibus in tribulatione. Dum superbit
impius incenditur pauper: compre
henduntur in consiliis quibus co
gitant. Quoniam laudatur peccator in desi
deriis anime sue: et iniquus benedicitur.
Exacerbauit dominum peccator: secundum
multitudinem ire sue non queret.
Non est deus in conspectu eius:
inquinate sunt uie illius in omni tempore:
Auferuntur iudicia tua a fa
cie eius: omnium inimicorum suorum
dominabitur. Dixit enim in corde suo: non
mouebor a generatione in generationem
sine malo. Cuius maledictione os
plenum est et amaritudine et dolo:
sub lingua eius labor et dolor.
Sedet in insidiis cum diuitibus in
occultis ut interficiat innocentem.
Oculi eius in pauperem respiciunt:
insidiatur quasi leo in spelunca sua. In
sidiatur ut rapiat pauperem: ra
pere pauperem dum attrahit eum.
In laqueo suo humiliabit eum: in
clinabit se et cadet cum dominatus

sunt pauperum. Dixit enim in corde suo oblitus est deus: avertit faciem suam ne videat in finem. Exurge domine deus meus exaltetur manus tua: ne obliviscaris pauperum. Propter quid irritavit impius deum: dixit enim in corde suo non requiret. Vides quoniam tu laborem et dolorem consideras: ut tradas eos in manus tuas. Tibi enim derelictus est pauper: orphano tu eris adiutor. Contere brachium peccatoris et maligni: queretur peccatum illius et non invenietur. Dominus regnabit in eternum et in seculum seculi: peribitis gentes de terra illius. Desiderium pauperum exaudivit dominus: preparationem cordis eorum audivit auris tua. Iudicare pupillo et humili: ut non apponat se homo magnificare super terram. Gloria patri. Psalmus David.

vlt

In domino confido quomodo dicitis anime mee: transmigra in montem sicut passer. Quoniam ecce peccatores intenderunt arcum paraverunt sagittas suas in pharetra: ut sagittent in obscuro rectos corde. Quoniam que perfecisti destruxerunt: iustus autem quid fecit. Dominus in templo sancto suo: dominus in celo sedes eius.

Oculi eius in pauperem respiciunt: palpebre eius interrogant filios hominum. Dominus interrogat iustum et impium: qui autem diligit iniquitatem odit animam suam. Pluit super peccatores laqueos ignis et sulphur et spiritus procellarum: pars calicis eorum. Quoniam iustus dominus et iusticias dilexit: equitatem vidit vultus eius. Gloria patri. Antiphona. Iuste deus iudex fortis paciensque longanimis in te sperantes munimur miserando fideles. Antiphona. Exurge. Antiphona. Exurge domine ut non prevaleat homo. Antiphona. Cantabo domino qui bona. Psalmus David.

Salvum me fac domine quoniam defecit sanctus: quoniam diminute sunt veritates a filiis hominum. Vana locuti sunt unusquisque ad proximum suum: labia dolosa in corde et corde locuti sunt. Disperdat dominus labia dolosa: et linguam magniloquam. Qui dixerunt linguam nostram magnificabimus labia nostra a nobis sunt: quis noster dominus est. Propter miseriam inopum et gemitum pauperum nunc exurgam dicit dominus. Ponam in salutari tuo: fiducialiter agam in eo. Eloquia domini eloquia casta argentum igne examinatum probatum terre purgatum septuplum

universa

Tu domine servabis nos et custodies nos: a generatione hac in eternum.
In circuitu impii ambulant: secundum altitudinem tuam multiplicasti filios hominum.

Usquequo domine oblivisceris me in finem: usquequo avertis faciem tuam a me.
Quamdiu ponam consilia in anima mea: dolorem in corde meo per diem.
Usquequo exaltabitur inimicus meus super me: respice et exaudi me domine deus meus.
Illumina oculos meos ne umquam obdormiam in morte: nequando dicat inimicus meus prevalui adversus eum.
Qui tribulant me exultabunt si motus fuero: ego autem in misericordia tua speravi.
Exultabit cor meum in salutari tuo cantabo domino qui bona tribuit michi: et psallam nomini domini altissimi.

Dixit insipiens in corde suo non est deus.
Corrupti sunt et abominabiles facti sunt in studiis suis: non est qui faciat bonum non est usque ad unum.
Dominus de celo prospexit super filios hominum: ut videat si est intelligens aut requirens deum.
Omnes declinaverunt simul inutiles facti sunt: non est qui faciat bonum: non est usque ad unum.
Sepulcrum patens est guttur eorum: linguis suis dolose agebant venenum aspidum sub labiis eorum.
Quorum os maledictione et amaritudine plenum est: veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.
Contritio et infelicitas in viis eorum, et viam pacis non cognoverunt: non est timor dei ante oculos eorum.
Nonne cognoscent omnes qui operantur iniquitatem: qui devorant plebem meam sicut escam panis.
Dominum non invocaverunt illic trepidaverunt timore ubi non erat timor.
Quoniam dominus in generatione iusta est: consilium inopis confudistis: quoniam dominus spes eius est.
Quis dabit ex Syon salutare Israel cum averterit dominus captivitatem plebis sue: exultabit Iacob et letabitur Israel. ps xiiii

Domine quis habitabit in tabernaculo tuo: aut quis requiescet in monte sancto tuo.
Qui ingreditur sine macula et operatur iustitiam.
Qui loquitur veritatem in corde suo: qui non egit dolum in lingua sua.
Nec fecit proximo suo malum: et opprobrium non accepit adversus proximos suos.
Ad nichilum deductus est in conspectu eius malignus: timentes autem dominum glorificat.
Qui iurat proximo suo et non decipit qui pecuniam

sciam nõ dedit ad usum: i
uiuisa sup i noctes nõ ancep
Qui facit hũ nõ commouebit i
eternũ. Gla. añ. Surge i tetiũ don
fua uiuintũc sacio custodique nos
astripotes famulos. V. Demor sui añ.
Cantabo domino qui bona tribuit m. añ.
Flature lauitor. añ. Bonor m. ps. D.

Conserua me dñe qui i te speraui: dixi dño deus meus es tu: qui bonor meor nõ eges. Scis qui sũt in terra eius mirificauit oẽs uolũtates meas i eis. Multiplicate sũt infirmitates eor: postea accelerauerũt. Non congregabo conuenticula eor de sanguinib: nec memor ero nominũ eor p labia mea. Dñs ps hereditatis mee et calicis mei: tu es q restitues hereditatẽ meã m. Funes ceciderunt m in p̃claris: etenim hereditas mea p̃clara ẽ m. Benedicã dñm q tribuit m intellectũ: insup et usq ad noctẽ increpuerũt me renes mei. Prouidebam dñm in cõspectu meo sp: qm a dextris ẽ m ne cõmouear. Propter hoc letatũ ẽ cor meũ et exultauit lingua mea: insup et caro mea requiescet in spe. Qm nõ derelinques aĩam meã in inferno: nec dabis sanctũ tuũ uidẽ corruptionẽ. Notas m fecisti uias uite adimplebis me leticia cũ uultu tuo: delectationes in dextera tua usq in finẽ. Gla. añ. Flature genitor conserua morte redemptos facq tuo dignos fimo famulos. añ. Florata tibi. añ. Bonor meor nõ indiges. Ite sperauĩ conserua me dõe. añ. Justicia do.

Exaudi dñe iusticiã meã intende deprecationẽ meã. Auribus p̃cipe dñe oronẽ meã nõ i labiis dolosis. De uultu tuo iudiciũ meũ p̃deat: oculi tui uideant equitatẽ. Probasti cor meũ et uisitasti nocte igne me examinasti et nõ ẽ inuenta in me iniquitas. Ut nõ loquatur os meũ opa hoim: ppt uerba labior tuor ego custodiui uias duras. Perfice gressus meos in semitis tuis ut nõ moueantur uestigia mea. Ego clamaui qm exaudisti me deus: inclina aurẽ tuã m et exaudi uba mea. Mirifica m̃ias tuas q saluos facis sperantes in te. A resistentib dextere tue custodi

me ut pupillam oculi. Sub umbra alarum tuarum protege me a facie impiorum qui me afflixerunt. Inimici mei animam meam circumdederunt adipem suum concluserunt os eorum locutum est superbiam. Proicientes me nunc circumdederunt me oculos suos statuerunt declinare in terram. Susceperunt me sicut leo paratus ad predam: et sicut catulus leonis habitans in abditis. Exurge domine preveni eum et supplanta eum eripe animam meam ab impio frameam tuam ab inimicis manus tue. Domine a paucis de terra divide eos in vita eorum de absconditis tuis adimpletus est venter eorum. Saturati sunt filiis: et dimiserunt reliquias parvulis suis. Ego autem in iusticia apparebo: in conspectu tuo: satiabor cum apparuerit gloria tua. Gloria. Antiphona.

Pectora nostra tibi tu conditor orbis adure igne pio purgans atque cremando probas. Ant. Tu pplin. Ant. Inclina domine aurem tuam mihi et exaudi verba mea. Ps. David.

Diligam te domine fortitudo mea: dominus firmamentum meum et refugium meum et liberator meus. Deus meus adiutor meus: et sperabo in eum. Protector meus et cornu salutis mee: et susceptor meus. Laudans invocabo dominum: et ab inimicis meis salvus ero. Circumdederunt me dolores mortis: et torrentes iniquitatis conturbaverunt me. Dolores inferni circumdederunt me: preoccupaverunt me laquei mortis. In tribulatione mea invocavi dominum: et ad deum meum clamavi. Et exaudivit de templo sancto suo vocem meam: et clamor meus in conspectu eius introivit in aures eius. Commota est et contremuit terra fundamenta montium conturbata sunt et commota sunt quoniam iratus est eis. Ascendit fumus in ira eius et ignis a facie eius exarsit: carbones succensi sunt ab eo. Inclinavit celos et descendit: et caligo sub pedibus eius. Et ascendit super cherubim et volavit: volavit super pennas ventorum. Et posuit tenebras latibulum suum in circuitu eius: tenebrosa aqua in nubibus aeris. Pre fulgore in conspectu eius nubes transierunt: grando et carbones ignis.

Et intonuit de celo dominus et altissimus dedit vocem suam: grando et carbones ignis. Et misit sagittas suas et dissipavit eos: fulgura multiplicavit et conturbavit eos. Et apparuerunt fontes aquarum: et revelata sunt fundamenta orbis terrarum. Ab increpatione tua domine: ab inspiratione spiritus ire tue. Misit de summo et accepit me: et assumpsit me de aquis multis. Eripuit me de inimicis meis fortissimis et ab his qui oderunt me: quoniam confortati sunt super me. Prevenerunt me in die afflictionis mee: et factus est dominus protector meus. Et eduxit me in latitudinem: salvum me fecit quoniam voluit me. Et retribuet mihi dominus secundum iusticiam meam: et secundum puritatem manuum mearum retribuet mihi. Quia custodivi vias domini: nec impie gessi a deo meo. Quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo: et iusticias eius non repuli a me. Et ero immaculatus cum eo: et observabo me ab iniquitate mea. Et retribuet mihi dominus secundum iusticiam meam: et secundum puritatem manuum mearum in conspectu oculorum eius. Cum sancto sanctus eris: et cum viro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris: et cum perverso perverteris. Quoniam tu populum humilem salvum facies: et oculos superborum humiliabis. Quoniam tu illuminas lucernam meam domine: deus meus illumina tenebras meas. Quoniam in te eripiar a temptatione: et in deo meo transgrediar murum. Deus meus impolluta via eius: eloquia domini igne examinata: protector est omnium sperantium in se. Quoniam quis deus preter dominum: aut quis deus preter deum nostrum. Deus qui precinxit me virtute: et posuit immaculatam viam meam. Qui perfecit pedes meos tamquam cervorum: et super excelsa statuens me. Qui docet manus meas ad prelium: et posuisti ut arcum ereum brachia mea. Et dedisti michi protectionem salutis tue: et dextera tua suscepit me. Et disciplina tua correxit me in finem: et disciplina tua ipsa me docebit. Dilatasti gressus meos subtus me: et non sunt infirmata vestigia mea. Persequar inimicos meos et comprehendam illos: et non convertar donec deficiant. Confringam illos nec poterunt stare: cadent subtus pedes meos. Et precinxisti me virtute ad bellum:

et supplantasti insurgentes in me sub-
tus me. Et inimicos meos dedisti
michi dorsum: et odientes me di-
sperdidisti. Clamaverunt nec erat
qui salvos faceret: ad dominum nec
exaudivit eos. Et comminuam
eos ut pulverem ante faciem venti:
ut lutum platearum delebo eos. Eri-
pies me de contradictionibus populi: con-
stitues me in caput gentium. Po-
pulus quem non cognovi servivit michi: in
auditu auris obedivit michi. Filii
alieni mentiti sunt michi filii alieni
inveterati sunt: et claudicaverunt
a semitis suis. Vivit dominus et be-
nedictus deus meus: et exaltetur deus salu-
tis mee. Deus qui das vindictas
michi: et subdis populos sub me liberator
meus de inimicis meis iracundis.
Et ab insurgentibus in me exalta-
bis me: a viro iniquo eripies me.
Propterea confitebor tibi in nationi-
bus domine: et nomini tuo psalmum di-
cam. Magnificans salutes regis
eius et faciens misericordiam christo suo da-
vid et semini eius usque in seculum. Gloria. ant.
Tu populum humilem salvasti ab hoste re-
demptum atque superba tua colla premis
iaculo. ant. Diligam te domine virtus mea. ps.
+ Celi enarrant gloriam dei: et
opera manuum eius annun-

+ b. media nocte surgebam ad confitendum
tibi super iudicia iustificationis tue.

ciat firmamentum. Dies diei e-
ructat verbum: et nox nocti in-
dicat scientiam. Non sunt loquele neque
sermones: quorum non audiantur
voces eorum. In omnem terram ex-
ivit sonus eorum: et in fines or-
bis terre verba eorum. In sole po-
suit tabernaculum suum: et ipse
tamquam sponsus procedens de tha-
lamo suo. Exultavit ut gy-
gas ad currendam viam: a summo
celo egressio eius. Et occursus
eius usque ad summum eius: nec
est qui se abscondat a calore eius.
Lex domini immaculata convertens
animas testimonium domini fide-
le: sapientiam prestans parvulis. Iusticie
domini recte letificantes corda: pre-
ceptum domini lucidum illuminans
oculos. Timor domini sanctus permanet
in seculum seculi: iudicia domini vera
iustificata in semetipsa. Deside-
rabilia super aurum et lapidem preciosum
multum: et dulciora super mel
et favum. Etenim servus tuus cu-
stodit ea: in custodiendis illis
retributio multa. Delicta quis in-
telligit ab occultis meis munda
me: et ab alienis parce servo tuo.
Si mei non fuerint dominati tunc im-
maculatus ero: et emundabor a de-

licto maximo. Et erunt ut complaceant eloquia oris mei: et meditatio cordis mei in conspectu tuo semper. Domine adiutor meus: et redemptor meus. Gloria. An.

Sponsus ut e thalamo processit ex i... descendens celo mundum salvum fecit. An. Celi enarrant gloriam dei. A. Exaudiat.

Exaudiat te dominus in die tribulationis: protegat te nomen dei Iacob. Mittat tibi auxilium de sancto: et de Sion tueatur te. Memor sit omnis sacrificii tui: et holocaustum tuum pingue fiat. Tribuat tibi secundum cor tuum: et omne consilium tuum confirmet. Letabimur in salutari tuo: et in nomine dei nostri magnificabimur. Impleat dominus omnes petitiones tuas: nunc cognovi quoniam salvum fecit dominus christum suum. Exaudiet illum de celo sancto suo: in potentatibus salus dextere eius. Hi in curribus et hi in equis: nos autem in nomine domini dei nostri invocabimus. Ipsi obligati sunt et ceciderunt: nos autem surreximus et erecti sumus. Domine salvum fac regem: et exaudi nos in die qua invocaverimus te. Gloria. An.

Auxilium nobis salvator mitte salutis et tueatur nos manus tue protectio. A. Rex sine fine. An. Exaudiat te dominus in die tribulationis. An. Domine in virtute. Psalmus David.

Domine in virtute tua letabitur rex: et super salutare tuum exultabit vehementer. Desiderium cordis eius tribuisti ei: et voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Quoniam prevenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide precioso. Vitam petiit a te: et tribuisti ei longitudinem dierum in seculum seculi. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriam et magnum decorem impones super eum. Quoniam dabis eum in benedictionem in seculum seculi: letificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Quoniam rex sperat in domino: et in misericordia altissimi non commovebitur. Inveniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inveniat omnes qui te oderunt. Pones eos ut clibanum ignis in tempore vultus tui domine in ira sua conturbabit eos: et devorabit eos ignis. Fructum eorum de terra perdes: et semen eorum a filiis hominum. Quoniam declinaverunt in te mala: cogitaverunt consilia que non potuerunt stabilire. Quoniam pones eos dorsum: in reliquiis tuis preparabis vultum eorum. Exaltare domine

in virtute tua: cantabimus et ps
psallemus virtutes tuas. **G**loria. Ant.
Rex sine fine manens miseris tu parce
reatus prima concedens et nova cuncta
regens. V. Exaltare domine in virtute. Ant.
Domine in virtute tua letabitur rex. Ympnus.
Ecce iam noctis tenuatur umbra
lucis aurora rutilans choruscat ni
sibus totis rogitemus omnes cunctipotentem.
Vt deus noster miseratus omnem pellat lan
gorem tribuat salutem donet et nobis
pietate patris regna polorum. **P**resta hoc. Ympnus.
Eterne rerum conditor noctem diemque
qui regis et temporum das tempora ut alleves
fastidium. **P**reco diei iam sonat noc
tis profunde pervigil profunda vox vian
tibus a nocte noctem segregans. **H**oc exci
tatus lucifer solvit polum caligine.
hoc omnis erronum chorus viam nocendi
deserit. **H**oc nauta vires colligit pon
tique mitescunt freta hoc ipsa petra ecclesie
canente culpam diluit. **S**urgamus ergo
strenue gallus iacentes excitat et
somnolentos increpat gallus ne
gantes arguit. **G**allo canente spes redit
egris salus refunditur mucro latronis
conditur lapsis fides revertitur. **I**hesu la
bentes respice et nos videndo corrige
si respicis lapsos stabunt fletuque
culpa solvitur. **T**u lux refulge sensi
bus mentisque somnum discute te

nostra vox primum sonet et vota solvamus
tibi. **D**eo patri sit. ut in matutinis. Laudes.
Dominus regnavit deco
rem indutus est: indutus est
dominus fortitudinem et precinxit se.
Etenim firmavit orbem terre: qui
non commovebitur. **P**arata sedes
tua deus ex tunc: a seculo tu es. **E**le
vaverunt flumina domine: eleva
verunt flumina vocem suam.
Elevaverunt flumina fluctus
suos: a vocibus aquarum multarum.
Mirabiles elationes maris
mirabilis in altis dominus. **T**estimo
nia tua credibilia facta sunt ni
mis domum tuam domine decet sanctitu
do in longitudinem dierum. **G**loria. Ant.
Indutus est dominus fortitudine et precinxit se
virtute alleluia. Ant. Gloria et honor. Ps.
Iubilate deo omnis terra: servite
domino in leticia. **I**ntroite in conspectu
eius: in exultatione. **S**citote quoniam
dominus ipse est deus: ipse fecit nos et non
ipsi nos. **P**opulus eius et oves
pascue eius introite portas eius
in confessione: atria eius: in
ympnis confitemini illi. **L**au
date nomen eius quoniam suavis est
dominus in eternum misericordia eius: et usque
in generationem et generationem veritas eius. Ant.
Gloria et honor et benedictio sedenti super

ffcōnum vincti in secula seculorum. aña Deus
Deus deus meus ad te de luce
vigilo. Sitivit in te anima
mea quam multipliciter tibi caro mea. In
terra deserta et invia et inaquosa: sic
in sancto apparui tibi ut viderem
virtutem tuam et gloriam tuam.
Quoniam melior est misericordia tua super
vitas: labia mea laudabunt
te. Sic benedicam te in vita mea:
et in nomine tuo levabo manus
meas. Sicut adipe et pingue
dine repleatur anima mea:
et labiis exultationis laudabit
os meum. Si memor fui tui
super stratum meum in matuti
nis meditabor in te quia fuisti
adiutor meus. Et in velamento
alarum tuarum exultabo adhe
sit anima mea post te: me suscepit
dextera tua. Ipsi vero in vanum que
sierunt animam meam introibunt in
inferiora terre tradentur in manus gla
dii partes vulpium erunt. Rex vero
letabitur in deo laudabuntur omnes qui
iurant in eo quia obstructum est os
loquentium iniqua. Gloria. aña Deus mi
sereatur nostri et benedicat nos deus illuminet
vultum suum super nos et misereatur nostri.
Benedicite omnia opera domini
domino laudate et superexal
tate eum in secula. Benedicite angeli domini domino
benedicite celi domino. Benedicite aque omnes que super
celos sunt domino. benedicite omnes virtutes domini
domino. Benedicite sol et luna domino. benedicite stelle
celi domino. Benedicite omnis ymber et ros domino
benedicite omnes spiritus dei domino. Benedicite ignis
et estus domino. benedicite frigus et estas domino.
Benedicite rores et pruina domino. benedicite
gelu et frigus domino. Benedicite glacies et
nives domino. benedicite noctes et dies domino
Benedicite lux et tenebre domino. benedicite fulgura
et nubes domino. Benedicat terra dominum
laudet et superexaltet eum in secula. Benedicite
montes et colles domino. benedicite universa
germinantia in terra domino. Benedicite fontes
domino. benedicite maria et flumina domino. Benedicite
cete et omnia que moventur in aquis
domino. benedicite omnes volucres celi domino.
Benedicite omnes bestie et pecora domino. benedicite
filii hominum domino. Benedicat israel dominum
laudet et superexaltet eum in secula. Benedicite
sacerdotes domini domino. benedicite servi domini domino. Benedicite
spiritus et anime iustorum domino. benedicite sancti et humiles
corde domino. Benedicite ananias azaria et
mizael domino. laudate et superexal
tate eum in secula. Benedicamus patrem
et filium cum sancto spiritu. laudemus et superex
altemus eum in secula. Benedictus es domine in firmamento
celi. laudabilis et gloriosus et superexaltatus in secula. aña
Benedictio et claritas et sapientia et gratiarum actio
honor virtus et fortitudo deo nostro in secula.

Laudate dominum de celis · laudate
eum in excelsis. Laudate eum omnes
angeli eius · laudate eum omnes uirtutes
eius. Laudate eum sol et luna · laudate
eum omnes stelle et lumen. Laudate eum
celi celorum · et aque omnes que super celos
sunt laudent nomen domini. Quia
ipse dixit et facta sunt · ipse mandauit
et creata sunt. Statuit ea in eternum
et in seculum seculi · preceptum posuit et non
preteribit. Laudate dominum de terra · dra-
cones et omnes abyssi. Ignis grando
nix glacies spiritus procellarum · que faciunt
uerbum eius. Montes et omnes col-
les · ligna fructifera et omnes cedri.
Bestie et uniuersa pecora · serpentes
et uolucres pennate. Reges terre
et omnes populi · principes et omnes iudices
terre. Iuuenes et uirgines senes
cum iunioribus laudent nomen domini:
quia exaltatum est nomen eius solius.
Confessio eius super celum et terram
et exaltauit cornu populi sui. Ympnus
omnibus sanctis eius · filiis israel populo
appropinquanti sibi. Cantate domino can-
ticum nouum · laus eius in ecclesia sanc-
torum. Letetur israel in eo qui fecit
eum · et filie syon exultent in rege
suo. Laudent nomen eius in choro ·
in tympano et psalterio psallant ei.
Quia beneplacitum est domino in populo

suo · et exaltabit mansuetos in
salutem. Exultabunt sancti in gloria ·
letabuntur in cubilibus suis. Exul-
tationes dei in gutture eorum · et gla-
dii ancipites in manibus eorum.
Ad faciendam uindictam in na-
tionibus · increpationes in populis. Ad
alligandos reges eorum in compe-
dibus · et nobiles eorum in manicis
ferreis. Ut faciant in eis iudicium
conscriptum · gloria hec est omnibus sanctis
eius. Laudate dominum in sanctis eius ·
laudate eum in firmamento uirtutis
eius. + Laudate eum in uirtutibus eius laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius
Laudate eum in sono tube · laudate
eum in psalterio et cythara. Laudate eum
in tympano et choro · laudate eum in
cordis et organo. Laudate eum in
cymbalis benesonantibus · laudate
eum in cymbalis iubilationis omnis
spiritus laudet dominum. Gloria. Antiphona Sanctus
sanctus sanctus dominus deus omnipotens qui erat et
qui est et qui uenturus est. Item post octauam
sancte trinitatis antiphone hystoriarum. Deus omnium exa-
continue sequentes antiphone in laudibus can-
tantur usque ad aduentum domini. Laudes.
Regnum dominus perenniter formidine
cum decoris uirtute cui sedes parata est in
eternum. Psalmus Dominus regnauit. Antiphona Sciant omnes
quia dominus ipse est deus cui iubilemus et ser-
uiamus et laudemus nomen eius in eternum. Psalmus
Iubilate. Antiphona Benedicam te domine in uita

mea ut videam virtutem tuam et gloriam tu
am ps. Deus deus an. Ympnum dicamus
alleluia domino nostro alleluia ps. Benedicite domino an.
Spiritus omnis laudet dominum quia ipse
dixit et facta sunt omnia ipse mandavit
et creata sunt universa ps. Laudate d
In matutinis domine meditabor. Quia tu fu
isti adiutor ympnus. Iam lucis orto
sydere deum precemur supplices ut in
diurnis actibus nos servet a nocentibus.
Linguam refrenans temperet ne
litis horror insonet visum fovendo con
tegat ne vanitates hauriat. Sint
pura cordis intima absistat et vecordi
carnis terat superbiam potus cibique
parcitas. Ut cum dies abscesserit noctem
que sors reduxerit mundi per abstinentiam
ipsi canamus gloriam. Deo patri sit gl. an.
Salvatorem expectamus ps. Deus deus me
In adventu domini ad primam. Item post
octavam. Invocavit an. epiphanie se
quens an. cantatur ad primam usque ad lxx a
Tu mandasti ps. Deus deus meus. Item in
lxx sequens an. per primam dominicas Invocavit
usque ad passionem domini et tunc ferialibus diebus
ad primam cantatur. Dominicales vero in lxx quere in anti
phonario in dominicis an. Vivo ego ps.
Deus deus meus. Item in passione domini ferialibus di
ebus sequens an. ad primam cantatur. Dominicales
requirere in anthyphonario locis suis
infra hystorias an. Iuvenie? p̄ upior : ps.

Deus in nomine tuo. Item post octavam trinitatis:
infra hystoriam Deus omnium sequens an. cantatur
ad primam diebus dominicis. Benedicat nos ps.
Deus deus meus respice
in me quare me dereliquisti
longe a salute mea verba delic
torum meorum. Deus meus clama
bo per diem et non exaudies et nocte
et non ad insipientiam michi. Tu
autem in sancto habitas laus Israel. In te
speraverunt patres nostri speraverunt et
liberasti eos. Ad te clamaverunt et
salvi facti sunt in te speraverunt et
non sunt confusi. Ego autem sum
vermis et non homo obprobrium
hominum et abiectio plebis. Omnes
videntes me deriserunt me locu
ti sunt labiis et moverunt caput.
Speravit in domino eripiat eum
salvum faciat eum quoniam vult eum.
Quoniam tu es qui extraxisti me de
ventre spes mea ab uberibus ma
tris mee in te proiectus sum ex utero.
De ventre matris mee deus meus
es tu ne discesseris a me. Quoniam tri
bulatio proxima est et non est qui ad
iuvet. Circumdederunt me vitu
li multi tauri pingues obsede
runt me. Aperuerunt super me os
suum sicut leo rapiens et rugiens. Si
cut aqua effusus sum et dispersa sunt

omnia ossa mea. Factum est cor
meum tamquam cera liquescens in me
dio ventris mei. Aruit tamquam
testa virtus mea: et lingua mea
adhesit faucibus meis: et in pulverem
mortis deduxisti me. Quoniam circumdede
runt me canes multi: concilium malig
nantium obsedit me. Foderunt manus
meas et pedes meos: dinumeraverunt
omnia ossa mea. Ipsi vero considerave
runt et inspexerunt me: diviserunt sibi
vestimenta mea: et super vestem meam
miserunt sortem. Tu autem domine ne e
longaveris auxilium tuum a me: ad
defensionem meam conspice. Erue a
framea deus animam meam: et de
manu canis unicam meam. Sal
va me ex ore leonis: et a cornibus
unicornium humilitatem meam. Nar
rabo nomen tuum fratribus meis: in me
dio ecclesie laudabo te. Qui timetis dominum
laudate eum: universum semen iacob
glorificate eum. Timeat eum omne
semen israel: quoniam non sprevit neque de
spexit deprecationem pauperis. Nec a
vertit faciem suam a me: et cum cla
marem ad eum exaudivit me. Apud
te laus mea in ecclesia magna: vota
mea reddam in conspectu timentium eum.
Edent pauperes et saturabuntur: et

laudabunt dominum qui requirunt
eum: vivent corda eorum in seculum seculi.
Reminiscentur et convertentur ad
dominum universi fines terre. Et ado
rabunt in conspectu eius universe
familie gentium. Manducave
runt et adoraverunt omnes pingues
terre: in conspectu eius cadent omnes qui
descendunt in terram. Quoniam domini est
regnum: et ipse dominabitur gentium. Et
anima mea illi vivet: et semen meum
serviet ipsi. Annuntiabitur domino ge
neratio ventura: et annuntiabunt
celi iusticiam eius: populo qui nasce
tur quem fecit dominus. psalmus david.

Dominus regit me et ni
chil michi deerit: in loco
pascue ibi me collocavit. Super
aquam refectionis educavit me:
animam meam convertit. Deduxit
me super semitas iusticie: propter
nomen suum. Nam et si ambulavero
in medio umbre mortis non
timebo mala quoniam tu mecum es.
Virga tua et baculus tuus: i
psa me consolata sunt. Parasti
in conspectu meo mensam: adversus
eos qui tribulant me. Impin
guasti in oleo caput meum: et
calix meus inebrians quam preclarus est.

Et misericordia tua subsequetur me omnibus
diebus vite mee. Et ut inhabitem
in domo domini in longitudinem dierum.

Domini est terra et plenitu-
do eius. Quia ipse super
maria fundavit eam. Quis ascendet in
montem. Innocens manibus et
mundo corde. Hic accipiet benedic-
tionem. Hec est generatio querenti-
Attollite portas principes. Quis
est iste rex glorie. Attollite por-
tas principes vestras. Quis est iste rex

Ad te domine levavi animam mea[m]
deus meus in te confido non
erubescam. Neque irrideant me
inimici mei etenim universi qui
te expectant non confundentur. Con-
fundantur omnes iniqua agentes su-
pervacue. Vias tuas domine demon-
stra michi et semitas tuas edo-
ce me. Dirige me in veritate tua
et doce me quia tu es deus salva-
tor meus et te sustinui tota die.
Reminiscere miserationum tu-
arum domine et misericordie tue
que a seculo sunt. Delicta iuven-
tutis mee et ignorantias meas
ne memineris domine. Secundum mi-
sericordiam tuam memento mei tu

propter bonitatem tuam domine. Dulcis
et rectus dominus propter hoc legem dabit
delinquentibus in via. Diriget man-
suetos in iudicio docebit mites vi-
as suas. Universe vie domini misericordia
et veritas requirentibus testamentum
eius et testimonia eius. Propter
nomen tuum propitiaberis peccato meo
multum est enim. Quis est homo qui
~~vult vitam diligit dies videre~~
timet dominum legem statuit ei in
via quam elegit. Anima eius in
bonis demorabitur et semen eius he-
reditabit terram. Firmamentum
est dominus timentibus eum et testamen-
tum ipsius ut manifestetur illis.
Oculi mei semper ad dominum quoniam ipse
evellet de laqueo pedes meos.
Respice in me et miserere mei quia
unicus et pauper sum ego. Tribu-
lationes cordis mei multipli-
cate sunt de necessitatibus meis
erue me. Vide humilitatem meam
et laborem meum et dimitte universa
delicta mea. Respice inimicos
meos quoniam multiplicati sunt et
odio iniquo oderunt me. Custo-
di animam meam et erue me non
erubescam quoniam speravi in te. In-

nocentes et recti adheserunt mi-
chi quia sustinui te. Libera deus israel
ex omnibus tribulationibus suis. ps. David.
Judica me domine quoniam ego in inno-
centia mea ingressus sum et in domino
sperans non infirmabor. Proba
me domine et tempta me ure renes
meos et cor meum. Quoniam misericordia tua
ante oculos meos est et complacui
in veritate tua. Non sedi cum conci-
lio vanitatis et cum iniqua gerenti-
bus non introibo. Odivi ecclesiam ma-
lignantium et cum impiis non se-
debo. Lavabo inter innocentes
manus meas et circumdabo alta-
re tuum domine. Ut audiam vocem
laudis tue et enarrem universa
mirabilia tua. Domine dilexi de-
corem domus tue et locum habita-
tionis glorie tue. Ne perdas cum
impiis deus animam meam et cum
viris sanguinum vitam meam.
In quorum manibus iniquitates sunt
dextera eorum repleta est muneribus.
Ego autem in innocentia mea in-
gressus sum redime me et mi-
serere mei. Pes enim meus stetit
in directo in ecclesiis benedicam te domine.
Gloria. Hymnus. Venite exultemus domino. ps.
Venite. ympnus. Somno refectis ar-

tubus spreto cubili surgimus nobis
pater canentibus adesse te deposcimus. Te
lingua primum concinat te mentis
ardor ambiat ut actuum sequentium
tu sancte sis exordium. Cedant tenebre
lumini et nox diurno sideri ut cul-
pa quam nox intulit lucis labescat
munere. Precamur idem supplices no-
xas ut omnes amputes et ore canen-
tium lauderis in perpetuum. Presta pater
piissime. an. Dominus defensor. ps.

Domi-
nus
illu-
minatio
mea et
salus
mea quem timebo. Dominus
protector vite mee a quo trepi-
dabo. Dum appropiant super me
nocentes ut edant carnes
meas. Qui tribulant me ini-
mici mei ipsi infirmati sunt et
ceciderunt. Si consistant ad-
versum me castra non timebit
cor meum. Si exurgat adversum
me prelium in hoc ego sperabo.
Unam petii a domino hanc re-
quiram ut inhabitem in domo domini

omnibus diebus vite mee. Ut videam voluptatem domini: et visitem templum eius. Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum: protexit me in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltavit me: et nunc exaltavit caput meum super inimicos meos. Circuivi et immolavi in tabernaculo eius hostiam vociferationis: cantabo et psalmum dicam domino. Exaudi domine vocem meam qua clamavi ad te: miserere mei et exaudi me. Tibi dixit cor meum exquisivit te facies mea: faciem tuam domine requiram. Ne avertas faciem tuam a me: ne declines in ira a servo tuo. Adiutor meus esto ne derelinquas me: neque despicias me deus salutaris meus. Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me: dominus autem assumpsit me. Legem pone michi domine in via tua: et dirige me in semita recta propter inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui: et mentita est iniquitas sibi. Credo videre bona domini: in terra viventium. Expecta dominum viriliter age: et confortetur cor tuum et sustine dominum.

Ad te domine clamabo deus meus ne sileas a me: nequando taceas a me et assimilabor descendentibus in lacum. Exaudi domine vocem deprecationis mee dum oro ad te: dum extollo manus meas ad templum sanctum tuum. Ne simul tradas me cum peccatoribus: et cum operantibus iniquitatem ne perdas me. Qui loquuntur pacem cum proximo suo: mala autem in cordibus eorum. Da illis secundum opera eorum: et secundum nequitiam adinventionum ipsorum. Secundum opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipsis. Quoniam non intellexerunt opera domini et in opera manuum eius destrues illos: et non edificabis eos. Benedictus dominus quoniam exaudivit vocem deprecationis mee. Dominus adiutor meus et protector meus: in ipso speravit cor meum et adiutus sum. Et refloruit caro mea: et ex voluntate mea confitebor illi. Dominus fortitudo plebis sue: et protector salvationum christi sui est. Salvum fac populum tuum domine et benedic hereditati

tam tue et rege eos et extolle illos
usque in eternum. Gloria patri. An. Dominus
defensor vite mee. An. Adorate. Ps. xxviii.

Afferte domino filii dei:
afferte domino filios arietum.
Afferte domino gloriam et hono-
rem: afferte domino gloriam nomini eius:
adorate dominum in atrio sancto eius. Vox
domini super aquas: deus maiestatis
intonuit: dominus super aquas multas. Vox
domini in virtute: vox domini in magni-
ficentia. Vox domini confringentis
cedros: et confringet dominus cedros
libani. Et comminuet eas tamquam
vitulum libani: et dilectus quemad-
modum filius unicornium. Vox domini
intercidentis flammam ignis: vox domini
concutientis desertum: et commovebit
dominus desertum cades. Vox domini pre-
parantis cervos et revelabit con-
densa: et in templo eius omnes dicent
gloriam. Dominus diluvium inhabitare facit:
et sedebit dominus rex in eternum. Dominus virtutem
populo suo dabit: dominus benedicet populo suo in pace.

Exaltabo te domine quoniam suscepisti me: nec delec-
tasti inimicos meos super me. Domine deus
meus clamavi ad te: et sana-
sti me. Domine eduxisti ab inferno
animam meam: salvasti me a
descendentibus in lacum. Psallite
domino sancti eius: et confitemini
memorie sanctitatis eius. Quoniam
ira in indignatione eius: et vita in vo-
luntate eius. Ad vesperum de-
morabitur fletus: et ad matutinum
leticia. Ego autem dixi in abundan-
tia mea: non movebor in eternum.
Domine in voluntate tua: prestitisti
decori meo virtutem. Avertisti
faciem tuam a me: et factus sum con-
turbatus. Ad te domine clamabo: et
ad deum meum deprecabor. Que
utilitas in sanguine meo: dum
descendo in corruptionem. Numquid
confitebitur tibi pulvis: aut annuncia-
bit veritatem [tua]. Audivit dominus et miser-
tus est mei: dominus factus est adiutor meus.
Convertisti planctum meum in
gaudium michi: [conscidisti saccum meum] et circumdedisti me
leticia. Ut cantet tibi gloria mea et
non compungar: domine deus meus in
eternum confitebor tibi. Gloria. Antiphona
Adorate dominum in aula sancta eius. An. In te

In te domine speravi non confun-
dar in eternum: in iustitia tua libera
me. Inclina ad me aurem tuam:
accelera ut eruas me. Esto

michi in deum protectorem: et in locum
refugii ut salvum me facias.
Quoniam fortitudo mea et refugium
meum es tu: et propter nomen tuum edu
ces me: et enutries me. Edu
ces me de laqueo quem absconderunt
mihi: quoniam tu es protector meus. In
manus tuas domine commendo
spiritum meum: redemisti me domine deus
veritatis. Odisti observantes va
nitates: supervacue. Ego autem
in domino speravi: exultabo et letabor
in misericordia tua. Qui respexisti hu
militatem meam: salvasti de ne
cessitatibus animam meam. Nec con
clusisti me in manibus inimici: statu
isti in loco spatioso pedes meos. Mi
serere mei domine quoniam tribulor: con
turbatus est in ira oculus meus. Quoniam
defecit in dolore vita mea: et anni
mei in gemitibus. Infirmata est in
paupertate virtus mea: et ossa
mea conturbata sunt. Super omnes ini
micos meos factus sum obprobrium vi
cinis meis valde: et timor no
tis meis. Qui videbant me
foras fugerunt a me: oblivio
ni datus sum tamquam mortuus
a corde. Factus sum tamquam vas

inicos

anima mea
et venter meus

perditum: quoniam audivi vituperationem
multorum commorantium in circuitu.
In eo dum convenirent
simul adversum me: accipere animam
meam consiliati sunt. Ego autem
in te speravi domine dixi deus meus es tu:
in manibus tuis sortes mee. Eripe
me de manu inimicorum meorum:
et a persequentibus me. Illustra faciem
tuam super servum tuum salvum me
fac in misericordia tua domine non confundar
quoniam invocavi te. Erubescant
impii et deducantur in infernum:
muta fiant labia dolosa. Que
loquuntur adversus iustum iniquitatem:
in superbia et in abusione. Quam
magna multitudo dulcedinis tue
domine: quam abscondisti timentibus
te. Perfecisti eis qui sperant in te:
in conspectu filiorum hominum. Ab
scondes eos in abscondito faciei
tue: a conturbatione hominum. Pro
teges eos in tabernaculo tuo: a con
tradictione linguarum. Benedictus
dominus quoniam mirificavit misericordiam suam
michi: in civitate munita. Ego
autem dixi in excessu mentis mee:
proiectus sum a facie oculorum tuorum.
Ideo exaudisti vocem orationis

mee: dum clamare ad te. Omnes di-
ligite dnm omnes sci eius: quo-
niam veritatem requiret dns: et retribuet
habundanter facientibus superbiam.
Viriliter agite et confortetur cor
vestrum: omnes qui speratis in domino.

Beati quorum remisse sunt iniquitates:
et quorum tecta sunt peccata. Beatus
vir cui non imputavit dns peccatum: nec
est in spiritu eius dolus. Quoniam
tacui inveteraverunt omnia ossa mea:
dum clamarem tota die. Quoniam die
ac nocte gravata est super me manus
tua: conversus sum in erumpna
mea dum configitur spina. Delic-
tum meum cognitum tibi feci: et iniu-
sticiam meam non abscondi. Dixi
confitebor adversum me iniusticiam
meam dno: et tu remisisti impieta-
tem peccati mei. Pro hac orabit ad te
omnis sanctus in tempore oportuno. Ve-
rumtamen in diluvio aquarum multarum:
ad eum non approximabunt. Tu es
refugium meum a tribulacione mea
que circumdedit me: erue me a circu-
mdantibus me. Intellectum tibi dabo
et instruam te in via hac qua gradieris:
firmabo super te oculos meos. Nolite
fieri sicut equus et mulus
quibus non est intellectus. In chamo
et freno maxillas eorum constringe:
qui non approximant ad te. Multa
flagella peccatoris: sperantem autem
in dno misericordia circumdabit. Letamini
in dno et exultate iusti: et gloriamini
omnes recti corde. Gloria. Ant. In iusti-
cia libera me dne. Ant. Rectos decet.

Exultate iusti in dno: rectos
decet collaudatio. Confitemini
dno in cithara: in psalterio
decem cordarum psallite illi. Canta-
te ei canticum novum: bene psalli-
te ei in vociferatione. Quia rectum
est verbum dni: et omnia opera eius in fide.
Diligit misericordiam et iudicium: misericordia
dni plena est terra. Verbo dni
celi firmati sunt: et spiritu oris eius
omnis virtus eorum. Congregans
sicut in utre aquas maris: po-
nens in thesauris abyssos. Ti-
meat dnm omnis terra: ab eo au-
tem commoveantur omnes inhabitantes
orbem. Quoniam ipse dixit et facta sunt:
ipse mandavit et creata sunt.
Dns dissipat consilia gentium:
reprobat autem cogitationes populorum: et
reprobat consilia principum. Con-
silium autem dni in eternum manet.

cogitationes cordis eius in generatio
ne et generationem. Beata gens
cuius est dominus deus eius: populus quem
elegit in hereditatem sibi. De celo
respexit dominus: vidit omnes filios ho
minum. De preparato habitaculo suo
respexit: super omnes qui habitant
terram. Qui finxit sigillatim
corda eorum: qui intelligit omnia opera
eorum. Non salvatur rex per multam
virtutem: et gygas non salvabitur
in multitudine virtutis sue. Fal
lax equus ad salutem: in abundanti
a autem virtutis sue non salvabitur.
Ecce oculi domini super metuentes
eum: et in eis qui sperant super misericordia eius.
Ut eruat a morte animas eorum: et
alat eos in fame. Anima nostra
sustinet dominum: quoniam adiutor et
protector noster est. Quia in eo letabi
tur cor nostrum: et in nomine sancto eius speravimus.
Fiat misericordia tua domine super nos
quemadmodum speravimus in te. ps.
Benedicam dominum in omni
tempore: semper laus eius in ore
meo. In domino laudabitur anima
mea: audiant mansueti et
letentur. Magnificate dominum
mecum: et exaltemus nomen eius
in idipsum. Exquisivi dominum et ex
audivit me: et ex omnibus tribu
lationibus meis eripuit me. Ac
cedite ad eum et illuminamini: et fa
cies vestre non confundentur. Iste pau
per clamavit et dominus exaudivit eum:
et ex omnibus tribulationibus eius salva
vit eum. Inmittet angelus domini in
circuitu timentium eum: et eripiet
eos. Gustate et videte quoniam su
avis est dominus: beatus vir qui sperat in eo.
Timete dominum omnes sancti eius: quoniam
non est inopia timentibus eum. Divi
tes eguerunt et esurierunt: inquiren
tes autem dominum non minuentur omni
bono. Venite filii audite me
timorem domini docebo vos. Quis
est homo qui vult vitam: diligit
dies videre bonos. Prohibe
linguam tuam a malo: et labi
a tua ne loquantur dolum. Diverte
a malo et fac bonum: inquire pa
cem et persequere eam. Oculi domini
super iustos: et aures eius in pre
ces eorum. Vultus autem domini super
facientes mala: ut perdat de
terra memoriam eorum. Clama
verunt iusti et dominus exaudivit eos:
et ex omnibus tribulationibus eorum li

[cu]stodit eos. Iuxta est dominus hiis qui tribulato sunt corde: et humiles spiritu salvabit. Multe tribulationes iustorum: et de hiis omnibus liberavit eos dominus. Custodit dominus omnia ossa eorum: unum ex hiis non conteretur. Mors peccatorum pessima: et qui oderunt iustum delinquent. Redimet dominus animas servorum suorum: et non delinquent omnes qui sperant in eo. Gloria. Ant. Rectos decet collaudatio. Ps.

Iudica domine nocentes me: expugna impugnantes me. Apprehende arma et scutum: et exurge in adiutorium michi. Effunde frameam et conclude adversus eos qui persequuntur me: dic anime mee salus tua ego sum. Confundantur et revereantur: querentes animam meam. Avertantur retrorsum et confundantur: cogitantes michi mala. Fiant tamquam pulvis ante faciem venti: et angelus domini coartans eos. Fiat via illorum tenebre et lubricum: et angelus domini persequens eos. Quoniam gratis absconderunt michi interitum laquei sui: supervacue exprobraverunt animam meam. Veniat illi laqueus quem ignorat: et captio quam abscondit apprehendat eum: et in laqueum cadat in ipso. Anima autem mea exultabit in domino: et delectabitur super salutari suo. Omnia ossa mea dicent domine quis similis tibi. Eripiens inopem de manu fortiorum eius: egenum et pauperem a diripientibus eum. Surgentes testes iniqui que ignorabam interrogabant me. Retribuebant michi mala pro bonis: sterilitatem anime mee. Ego autem cum michi molesti essent: induebar cilicio. Humiliabam in ieiunio animam meam: et oratio mea in sinu meo convertetur. Quasi proximum et quasi fratrem nostrum sic complacebam: quasi lugens et contristatus sic humiliabar. Et adversum me letati sunt et convenerunt: congregata sunt super me flagella et ignoravi. Dissipati sunt nec compuncti temptaverunt me subsannaverunt me subsannatione: frenduerunt super me dentibus suis. Domine quando respicies restitue animam meam a malignitate eorum: a leonibus unicam meam. Confitebor tibi in ecclesia magna: in populo gravi laudabo te. Non supergaudeant michi qui adversantur

mihi inique qui oderunt me gratis
et annuunt oculis Quoniam mihi
quidem pacifice loquebantur: et in
iracundia terre loquentes dolos
cogitabant Et dilataverunt super
me os suum dixerunt euge euge
viderunt oculi nostri Vidisti domine ne
sileas: ne discedas a me Exur
ge et intende iudicio meo deus meus
et dominus meus in causam meam Iudi
ca me secundum iusticiam tuam domine
deus meus: et non supergaudeant
mihi Non dicant in cordibus
suis euge euge anime nostre:
nec dicant devorabimus eum Eru
bescant et revereantur simul qui
gratulantur malis meis Indu
antur confusione et reverentia
qui maligna loquuntur super me Ex
(omnes) ultent et letentur qui volunt iusticiam
meam et dicant semper magni
ficetur dominus qui volunt pacem servi
eius Et lingua mea medi
tabitur iusticiam tuam tota die lau
Dixit iniustus ut dem tuam
delinquat in semetipso:
non est timor dei ante oculos eius
Quoniam dolose egit in conspectu
eius: ut inveniatur iniquitas

eius ad odium Verba oris eius
iniquitas et dolus: noluit intelli
gere ut bene ageret Iniquitatem medita
tus est in cubili suo: astitit omni
vie non bone: maliciam autem non
odivit Domine in celo misericordia tua: et
veritas tua usque ad nubes. Iusti
cia tua sicut montes dei: iudicia
tua abyssus multa Homines
et iumenta salvabis domine: quem
admodum multiplicasti misericor
diam tuam deus Filii autem hominum in tegi
mine alarum tuarum sperabunt Ine
briabuntur ab ubertate domus tue
et torrente voluptatis tue po
tabis eos Quoniam apud te est fons
vite et in lumine tuo videbimus lumen
Pretende domine misericordiam tuam sci
entibus te et iusticiam tuam his qui
recto sunt corde Non veniat mi
pes superbie: et manus peccatoris
non moveat me Ibi ceciderunt
qui operantur iniquitatem expulsi sunt
nec potuerunt stare Gloria patri ant.
Expugna impugnantes me. aña Reue
Noli emulari in malig
nantibus neque zelaveris
facientes iniquitatem: Quoniam tamquam
fenum velociter arescent et sicut

modum olera herbarum cito deci-
dunt. Spera in domino et fac boni-
tatem: et inhabita terram: et pasceris in di-
uiciis eius. Delectare in domino
et fac bonitatem: et dabit tibi petiti-
ones cordis tui. Reuela domino
uiam tuam: et spera in eo: et ipse fa-
ciet. Et educet quasi lumen iusti-
ciam tuam: et iudicium tuum tam-
quam meridiem: subditus esto domino
et ora eum. Noli emulari in eo
qui prosperatur in uia sua: in homine
faciente iniusticias. Desine
ab ira et derelinque furorem: noli
emulari ut maligneris. Qui-
qui malignantur exterminabuntur:
sustinentes autem dominum ipsi here-
ditabunt terram. Et adhuc pusil-
lum et non erit peccator: et queres
locum eius et non inuenies. Man-
sueti autem hereditabunt terram
et delectabuntur in multitudine
pacis. Obseruabit peccator iustum
et stridebit super eum dentibus suis.
Dominus autem irridebit eum: quoniam
prospicit quod ueniat dies eius.
Gladium euaginauerunt
peccatores: intenderunt arcum suum.
Ut deiciant pauperem et inopem:
ut trucident rectos corde. Gla-
dius eorum intret in corda ipso-
rum: et arcus eorum confringatur. Me-
lius est modicum iusto: super
diuicias peccatorum multas. Quoniam
brachia peccatorum conterentur: confir-
mat autem iustos dominus. Nouit
dominus dies inmaculatorum: et here-
ditas eorum in eternum erit. Non confu-
dentur in tempore malo: et in diebus fa-
mis saturabuntur quia peccatores
peribunt. Inimici uero domini mox
ut honorificati fuerint et exal-
tati deficientes quemadmodum fu-
mus deficient. Mutuabitur peccator
et non soluet: iustus autem mise-
retur et retribuet. Quia benedi-
centes ei hereditabunt terram:
maledicentes autem ei disperibunt.
Apud dominum gressus hominis diri-
gentur: et uiam eius uolet. Cum
ceciderit non collidetur: quia dominus
supponit manum suam. Iunior
fui etenim senui et non uidi iustum
derelictum: nec semen eius querens
panem. Tota die miseretur et
commodat: et semen illius in bene-
dictione erit. Declina a malo
et fac bonum: et inhabita in seculum seculi.
Quia dominus amat iudicium: et non
derelinquet sanctos suos: in eternum

conseruabuntur. Iniusti punientur: et semen impiorum peribit. Iusti autem hereditabunt terram: et inhabitabunt in seculum seculi super eam. Os iusti meditabitur sapientiam: et lingua eius loquetur iudicium. Lex dei eius in corde ipsius: et non supplantabuntur gressus eius. Considerat peccator iustum: et querit mortificare eum. Dominus autem non derelinquet eum in manibus eius: nec dampnabit eum cum iudicabitur illi. Expecta dominum et custodi viam eius: et exaltabit te ut hereditate capias terram: cum perierint peccatores videbis. Vidi impium superexaltatum: et eleuatum sicut cedros libani. Et transiui et ecce non erat: et quesiui eum et non est inuentus locus eius. Custodi innocentiam et vide equitatem: quoniam sunt reliquie homini pacifico. Iniusti autem disperibunt simul: reliquie impiorum interibunt. Salus autem iustorum a domino: et protector eorum in tempore tribulationis. Et adiuuabit eos dominus et liberabit eos: et eruet eos a peccatoribus: et saluabit eos quia sperauerunt in eo. psalmus david.

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Quoniam sagitte tue infixe sunt michi: et confirmasti super me manum tuam. Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum. Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meum: et sicut onus graue grauate sunt super me. Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee. Miser factus sum et curuatus sum usque in finem: tota die contristatus ingrediebar. Quoniam lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea. Afflictus sum et humiliatus sum nimis: rugiebam a gemitu cordis mei. Domine ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te non est absconditus. Cor meum conturbatum est in me dereliquit me uirtus mea: et lumen oculorum meorum et ipsum non est mecum. Amici mei et proximi mei: aduersum me appropinquauerunt et steterunt. Et qui iuxta

me erant de longe steterunt et vim
faciebant qui quaerebant animam
meam. Et qui inquirebant mala
mihi locuti sunt vanitates et do-
los tota die meditabantur. Ego
autem tanquam surdus non audi-
ebam: et sicut mutus non aperiens
os suum. Et factus sum sicut homo
non audiens: et non habens in ore suo
redargutiones. Quoniam in te domine speravi tu
exaudies me domine deus meus. Quia
dixi nequando supergaudeant mihi
inimici mei: et dum commoventur pedes
mei super me magna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella paratus sum et
dolor meus in conspectu meo semper.
Quoniam iniquitatem meam ego annunci-
abo: et cogitabo pro peccato meo. Ini-
mici autem mei vivunt et confirmati sunt
super me et multiplicati sunt qui oderunt
me inique. Qui retribuunt mala
pro bonis detrahebant mihi quoniam seque-
bar bonitatem. Ne derelinquas me
domine deus meus ne discesseris a me. In-
tende in adiutorium meum domine deus
salutis meae. Gloria. ant. Revela domino
viam tuam. ant. Domine in caelo miseri-
cordia tua et usque ad nubes veritas tua. V. ad
laud. Fiat misericordia tua domine super nos.
Quemadmodum speravimus in te. laud.

Miserere mei deus. ps. Spiritu. a. Intellige
clamorem meum domine. ps. Verba mea. ant.
Deus deus meus ad te de luce vigilo.
ps. Spiritu. ant. Conversus est furor. psalmus.
Confitebor tibi domine quoniam ira-
tus es mihi conversus est fu-
ror tuus et consolatus es me.
Ecce deus meus salvator fiducia-
liter agam et non timebo. Quia
fortitudo et laus mea dominus et factus
est mihi in salutem. Haurietis aquas
in gaudio de fontibus salvatoris
et dicetis in illa die confitemini domino
et invocate nomen eius. Notas
facite in populis adinventiones eius
mementote quoniam excelsum est
nomen eius. Cantate domino quoniam
magnifice fecit annuntiate hoc
in universa terra. Exulta et lauda
habitatio Syon quia magnus
in medio tui sanctus Israel. Gloria. ant.
Conversus est furor tuus domine et
consolatus es me. ant. Laudate dominum
de caelis. ps. Spiritu. Capitulum. Vigilate et
state in fide viriliter agite
et confortamini et omnia vestra in karita-
te fiant. Deo gratias. ymnus. Splendor pa-
ternae gloriae de luce lucem proferens lux
lucis et fons luminis dies dierum il-
luminans. Verusque sol illabere micans

nitore perpeti iubarque sancti spiritus infunde
nostris sensibus Votis vocemus et pa
trem patrem perhennis glorie patrem po
tentis gratie culpam releget lubricam
Informet actus strenuos dentem
retundat invidi casus secundet aspe
ros donet gerendi gratiam Mentem gu
bernet et regat casto fideli corpore fi
des calore ferveat fraudis venenum
nesciat Xpistusque nobis sit cibus potusque
noster sit fides leti bibamus sobriam ebrietatem
spiritus Letus dies hic transeat pudor
sit ut diluculum fides velut meridies
crepusculum mens nesciat Aurora
cursus provehit aurora totus prodeat
in patre totus filius et totus in verbo pater
Deo patri sit gloria eiusque V Repleti
sumus mane misericordia tua Exultavimus
et delectati sumus omnibus diebus nostris A
Benedictus deus israel ps Benedictus Invitat
Iubilemus deo salutari nostro ps Venite y
Consors paterni luminis lux ipse lu
cis et dies noctem canendo rumpimus
assistat postulantibus Aufer tenebras
mentium fuga turmas demonum ex
pelle sompnolentiam ne pigritantes ob
ruat Sic xpiste nobis omnibus indulgeas
credentibus ut prosit exorantibus quod pre
cinentes psallimus Presta pater piissime pa
trique compar unice Amen Ut non delinquam

ixi custodiam vias meas ut non delin
quam in lingua mea Posui
ori meo custodiam dum consisteret
peccator adversum me Obmutui
et humiliatus sum et silui a bonis
et dolor meus renovatus est
Concaluit cor meum intra me
et in meditatione mea exardescet ignis
Locutus sum in lingua mea
Notum fac mihi domine finem meum
Et numerum dierum meorum quis est
ut sciam quid desit mihi Ecce me
nsurabiles posuisti dies meos
et substantia mea tanquam nichilum an
te Verumtamen in ymagine per
transit homo sed et frustra con
turbatur Verumtamen universa va
nitas omnis homo vivens
Thezaurizat et ignorat cui
congregabit ea Et nunc que est
expectatio mea nonne dominus et
substantia mea apud te est Ab omnibus
iniquitatibus meis erue me op
probrium insipienti dedisti me

Obmutui et non aperui os meum quoniam tu fecisti amove a me plagas tuas. A fortitudine manus tue ego defeci in increpationibus propter iniquitatem corripuisti hominem. Et tabescere fecisti sicut araneam animam meam: verumtamen vane conturbatur omnis homo. Exaudi orationem meam domine et deprecationem meam: auribus percipe lacrimas meas. Ne sileas quoniam ego advena sum apud te et peregrinus sicut omnes patres mei. Remitte mihi ut refrigerer priusquam abeam et amplius non ero. Ps. David.

Expectans expectavi dominum et intendit mihi. Et exaudivit preces meas et eduxit me de lacu miserie et de luto fecis. Et statuit super petram pedes meos et direxit gressus meos. Et immisit in os meum canticum novum carmen deo nostro. Videbunt multi et timebunt et sperabunt in domino. Beatus vir cuius est nomen domini spes eius et non respexit in vanitates et insanias falsas. Multa fecisti tu domine deus meus mirabilia tua: et cogitationibus tuis non est qui similis sit tibi. Annunciavi et locutus sum: multiplicati sunt super numerum. Sacrificium et oblationem noluisti: aures autem perfecisti mihi. Holocaustum et pro peccato non postulasti: tunc dixi Ecce venio. In capite libri scriptum est de me ut facerem voluntatem tuam deus meus volui: et legem tuam in medio cordis mei. Annunciavi iusticiam tuam in ecclesia magna: ecce labia mea non prohibebo domine tu scisti. Iusticiam tuam non abscondi in corde meo veritatem tuam: et salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam et veritatem tuam a concilio multo. Tu autem domine ne longe facias miserationes tuas a me: misericordia tua et veritas tua semper susceperunt me. Quoniam circumdederunt me mala quorum non est numerus comprehenderunt me iniquitates mee et non potui ut viderem. Multi sunt super me in[iquitates mee] capillos capitis mei et cor meum dereliquit me. Complaceat tibi domine ut eruas me domine ad adiuvandum me respice. Confundantur et revereantur simul qui querunt animam meam ut auferant eam. Convertantur retrorsum et revereantur qui querunt

plurimi

mala michi. Ferant confestim
confusionem suam qui dicunt michi
euge euge. Exultent et letentur
super te omnes querentes te et di-
cant semper magnificetur dominus qui dili-
gunt salutare tuum. Ego autem
mendicus sum et pauper dominus so-
licitus est mei. Adiutor meus
et protector meus tu es deus meus. aña. [margin: estu] [margin: ne tardaueris]
Ut non delinquam in lingua mea. aña. Sana

Beatus qui intelligit super
egenum et pauperem in die
mala liberabit eum dominus. Dominus con-
servet eum et vivificet eum et beatum
faciat eum in terra: et non tradat eum in
animam inimicorum eius. Dominus
opem ferat illi super lectum dolo-
ris eius universum stratum eius
versasti in infirmitate eius. Ego
dixi domine miserere mei: sana
animam meam quia peccavi tibi.
Inimici mei dixerunt mala
michi: quando morietur et peribit
nomen eius. Et si ingrediebatur
ut videret vana loquebatur cor eius
congregavit iniquitatem sibi. Egre-
diebatur foras: et loquebatur
in idipsum. Adversum me susu-
rrabant omnes inimici mei: adversum
me cogitabant mala michi.

Verbum iniquum constituerunt
adversum me: numquid qui dormit
non adiciet ut resurgat. Et-
enim homo pacis mee in quo speravi
qui edebat panes meos magnifi-
cavit super me supplantationem. Tu
autem domine miserere mei et resu-
scita me: et retribuam eis. In hoc
cognovi quoniam voluisti me: quoniam
non gaudebit inimicus meus super me.
Me autem propter innocentiam meam
suscepisti: et confirmasti me in con-
spectu tuo in eternum. Benedictus dominus deus
israel: a seculo et in seculum fiat fiat. ps.

Quemadmodum desiderat
cervus ad fontes aquarum: ita
desiderat anima mea ad te deus. Si-
tivit anima mea ad deum fon-
tem vivum quando veniam et apparebo ante
faciem dei. Fuerunt michi lacrime mee
panes die ac nocte dum dicitur
michi cotidie ubi est deus tuus.
Hec recordatus sum et effudi in
me animam meam: quoniam transibo in
locum tabernaculi admirabilis
usque ad domum dei. In voce ex-
ultationis et confessionis: sonus
epulantis. Quare tristis es
anima mea: et quare conturbas
me. Spera in deo quoniam adhuc con-

fitebor illi salutare vultus mei et deus meus. Ad meipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra iordanis et hermoniim a monte modico. Abyssus abyssum invocat: in voce cataractarum tuarum. Omnia excelsa tua et fluctus tui super me transierunt. In die mandavit dominus misericordiam suam: et nocte canticum eius. Apud me oratio vite mee dicam deo susceptor meus es. Quare oblitus es mei: et quare contristatus incedo dum affligit me inimicus. Dum confringuntur omnia ossa mea: exprobraverunt mihi qui tribulant me inimici mei. Dum dicunt mihi per singulos dies: ubi est deus tuus: quare tristis es anima mea: et quare conturbas me. Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei et deus meus.

Iudica me deus et discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo et doloso erue me. Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti: et quare tristis incedo dum affligit me inimicus. Emitte lucem tuam et veritatem tuam: ipsa me deduxerunt et adduxerunt in montem sanctum tuum: et in tabernacula tua. Et introibo ad altare dei: ad deum qui letificat iuventutem meam. Confitebor tibi in cythara deus deus meus: quare tristis es anima mea: et quare conturbas me. Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi salutare vultus mei et deus meus. Gloria patri. Antiphona. Sana domine animam meam quia peccavi tibi. Antiphona. Erue

Deus auribus nostris audivimus: patres nostri annuntiaverunt nobis. Opus quod operatus es in diebus eorum: et in diebus antiquis. Manus tua gentes disperdidit: plantasti populos et expulisti eos. Nec enim in gladio suo possederunt terram: et brachium eorum non salvavit eos. Sed dextera tua et brachium tuum: et illuminatio vultus tui quoniam complacuisti in eis. Tu es ipse rex meus et deus meus: qui mandas salutes iacob. In te inimicos nostros ventilabimus cornu: et in nomine tuo spernemus insurgentes in nobis. Non enim in arcu meo sperabo: et gladius meus non salvabit me. Salvasti enim nos de affligentibus nos: et odientes nos confudisti. In deo lau

dabimur tota die: et in nomine tuo confi-
tebimur in seculum. Nunc autem repuli-
sti et confudisti nos: et non egredi-
eris deus in virtutibus nostris. Aver-
tisti nos retrorsum post inimicos
nostros: qui oderunt nos diripi-
ebant sibi. Dedisti nos tamquam
oves escarum: et in gentibus dispersi-
sti nos. Vendidisti populum tuum
sine pretio: et non fuit multitudo in
commutationibus eorum. Posuisti nos
opprobrium vicinis nostris: sub-
sannationem et derisum hiis qui in
circuitu nostro sunt. Posuisti nos
in similitudinem gentibus: commo-
tionem capitis in populis. Tota
die verecundia mea contra me est:
et confusio faciei mee cooper-
uit me. A voce exprobrantis
et obloquentis: a facie inimici et
persequentis. Hec omnia venerunt super
nos: nec obliti sumus te: et inique non
egimus in testamento tuo. Et non
recessit retro cor nostrum: et de-
clinasti semitas nostras a via
tua. Quoniam humiliasti nos in lo-
co afflictionis: et cooperuit nos
umbra mortis. Si obliti sumus
nomen dei nostri: et si expandimus
manus nostras ad deum alienum.

Nonne deus requiret ista: ipse e-
nim novit abscondita cordis. Quoniam
propter te mortificamur tota die: esti-
mati sumus sicut oves occisionis.
Exurge quare obdormis domine:
exurge et ne repellas in finem.
Quare faciem tuam avertis: obli-
visceris inopie nostre et tribulationis
nostre. Quoniam humiliata est in pulvere anima
nostra: conglutinatus est in terra venter no-
ster. Exurge domine adiuva nos: et
libera nos. Gloria patri. Psalmus.

Eructavit cor meum verbum
bonum: dico ego opera mea
regi. Lingua mea calamus
scribe velociter scribentis. Spe-
ciosus forma pre filiis hominum:
diffusa est gratia in labiis tuis: prop-
terea benedixit te deus in eternum. Accin-
gere gladio tuo super femur tuum:
potentissime. Specie tua et pulchri-
tudine tua intende: prospere procede
et regna. Propter veritatem et man-
suetudinem et iusticiam: et deducet
te mirabiliter dextera tua. Sa-
gitte tue acute populi sub te cadent:
in corda inimicorum regis. Sedes
tua deus in seculum seculi: virga di-
rectionis virga regni tui. Dilexi-
sti iusticiam: et odisti iniquitatem

propterea unxit te deus deus tuus oleo
letitie pre consortibus tuis. Mirra et
gutta et casia a vestimentis tuis
a domibus eburneis ex quibus delec-
taverunt te filie regum in honore
tuo. Astitit regina a dextris tuis
in vestitu deaurato circumdata va-
rietate. Audi filia et vide et inclina
aurem tuam et obliviscere populum tuum
et domum patris tui. Et concupiscet
rex decorem tuum quoniam ipse est dominus
deus tuus et adorabunt eum. Et filie
tyri in muneribus vultum tuum depreca-
buntur omnes divites plebis. Omnis
gloria eius filie regis ab intus in fim-
briis aureis circumamicta va-
rietatibus. Adducentur regi virgines
post eam proxime eius afferentur tibi.
Afferentur in leticia et exultacione
adducentur in templum regis. Pro
patribus tuis nati sunt tibi filii constitu-
es eos principes super omnem terram.
Memores erunt nominis tui in omni ge-
neratione et generationem. Propterea
populi confitebuntur tibi in eternum et in seculum se-
culi. Gloria patri et filio. ant. Eructavit
cor meum verbum bonum. ant. Adiutor in

Deus noster refugium et virtus
adiutor in tribulationibus que
invenerunt nos nimis. Propterea
non timebimus dum turbabitur terra et trans-
ferentur montes in cor maris. So-
nuerunt et turbate sunt aque eorum con-
turbati sunt montes in fortitudine
eius. Fluminis impetus leti-
ficat civitatem dei sanctificavit taber-
naculum suum altissimus. Deus in
medio eius non commovebitur ad-
iuvabit eam deus mane diluculo.
Conturbate sunt gentes et incli-
nata sunt regna dedit vocem suam
mota est terra. Dominus virtutum no-
biscum susceptor noster deus iacob. Ve-
nite et videte opera domini que posuit pro-
digia super terram auferens bella
usque ad finem terre. Arcum conteret et
confringet arma et scuta comburet
igni. Vacate et videte quoniam ego
sum deus exaltabor in gentibus et exal-
tabor in terra. Dominus virtutum nobiscum
susceptor noster deus iacob. psalmus david

Omnes gentes plaudi-
te manibus iubilate deo
in voce exultacionis. Quoniam dominus ex-
celsus terribilis rex magnus
super omnem terram. Subiecit po-
pulos nobis et gentes sub pedi-
bus nostris. Elegit nobis here-

ditatem Iacob quam dilexit. Ascendit deus in iubilo: et dominus in voce tube. Psallite deo nostro psallite: psallite regi nostro psallite. Quoniam rex omnis terre deus: psallite sapienter. Regnabit deus super gentes: deus sedet super sedem sanctam suam. Principes populorum congregati sunt cum deo Abraham: quoniam dii fortes terre vehementer elevati sunt. Gloria patri. ant.

In voce exultationis. ant. Auribus

Magnus dominus et laudabilis nimis in civitate dei nostri in monte sancto eius. Fundatur exultatione universe terre mons Syon latera aquilonis civitas regis magni. Deus in domibus eius cognoscetur cum suscipiet eam. Quoniam ecce reges congregati sunt convenerunt in unum. Ipsi videntes sic admirati sunt conturbati sunt commoti sunt tremor apprehendit eos. Ibi dolores ut parturientis in spiritu vehementi conteres naves Tharsis. Sicut audivimus sic vidimus in civitate domini virtutum in civitate dei nostri deus fundavit eam in eternum. Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. Secundum nomen tuum deus sic et laus tua in fines terre iusticia plena est dextera tua. Letetur mons Syon et exultent filie Iude propter iudicia tua domine. Circumdate Syon et complectimini eam narrate in turribus eius. Ponite corda vestra in virtute eius et distribuite domos eius ut enarretis in progenie altera. Quoniam hic est deus deus noster in eternum [et in seculum seculi] ipse reget nos in secula. Gloria patri. ps. xlviii.

Audite hec omnes gentes auribus percipite omnes qui habitatis orbem. Quique terrigene et filii hominum simul in unum dives et pauper. Os meum loquetur sapientiam et meditatio cordis mei prudentiam. Inclinabo in parabolam aurem meam aperiam in psalterio propositionem meam. Cur timebo in die mala iniquitas calcanei mei circumdabit me. Qui confidunt in virtute sua et in multitudine diviciarum suarum gloriantur. Frater non redimit [redimet] redimet homo non dabit deo placationem suam. Et precium redemptionis anime sue et laborabit in eternum et vivet adhuc in finem. Non videbit interitum c

videbit sapientes morientes
simul insipiens et stultus peribunt
Et relinquent alienis divitias
suas et sepulcra eorum domus illorum
in eternum Tabernacula eorum in progenie et
progenies vocaverunt nomina sua in ter-
ris suis Et homo cum in honore
esset non intellexit comparatus est
iumentis insipientibus et similis factus
est illis Hec via illorum scandalum
ipsis et postea in ore suo complacebunt
Sicut oves in inferno positi sunt
mors depascet eos Et dominabun-
tur eorum iusti in matutino et au-
xilium eorum veterascet in inferno
a gloria eorum Verumtamen deus redimet
animam meam de manu inferi cum
acceperit me Ne timueris cum
dives factus fuerit homo et cum
multiplicata fuerit gloria domus eius
Quoniam cum interierit non sumet omnia
neque descendet cum eo gloria eius Q-
uia anima eius in vita ipsius
benedicetur confitebitur tibi cum benefe-
ceris ei Introibit usque in proge-
nies patrum suorum et usque in eternum
non videbit lumen Homo cum in
honore esset non intellexit comparatus
est iumentis insipientibus et similis

vocave-
runt

factus est illis Gloria patri Añ [illegible]
[illegible] Añ Deus deorum

Deus deorum dominus locutus
est et vocavit terram A sol-
is ortu usque ad occasum Ex syon
species decoris eius Deus ma-
nifeste veniet deus noster et non
silebit Ignis in conspectu eius ex-
ardescet et in circuitu eius tempe-
stas valida Advocabit celum
desursum et terram discernere popu-
lum suum Congregate illi sanctos
eius qui ordinant testamentum
eius super sacrificia Et annun-
ciabunt celi iustitiam eius quoniam
deus iudex est Audi populus meus
et loquar israel et testificabor tibi deus deus
tuus ego sum Non in sacrificiis
tuis arguam te holocausta autem
tua in conspectu meo sunt semper
Non accipiam de domo tua
vitulos neque de gregibus tuis
hircos Quoniam mee sunt omnes fere
silvarum iumenta in montibus et bo-
ves Cognovi omnia volatilia
celi mecum est Si esuriero non
dicam tibi meus est enim orbis ter-
re et plenitudo eius Numquid
manducabo carnes taurorum

et omnis pul-
critudo agri

aut sanguinem hircorum pota
bo. Immola deo sacrificium
laudis: et redde altissimo vota
tua. Et invoca me in die tribula
tionis: eruam te et honorificabis
me. Peccatori autem dixit deus: quid tu
enarras iusticias meas: et assu
mis testamentum meum per os tuum.
Tu vero odisti disciplinam: et pro
iecisti sermones meos retrorsum.
Si videbas furem currebas cum
eo: et cum adulteris porcionem tuam
ponebas. Os tuum habundavit ma
licia: et lingua tua concinnabat
dolos. Sedens adversus fratrem
tuum loquebaris: et adversus filium
matris tue ponebas scandalum:
hec fecisti et tacui. Existimasti
inique quod ero tui similis: arguam te
et statuam contra faciem tuam. Intel
ligite hec qui obliviscimini deum: ne
quando rapiat et non sit qui eripiat.
Sacrificium laudis honorificabit me:
et illic iter quo ostendam illi salutare dei.

Miserere mei deus: secundum magnam misericordiam tuam. Et
secundum multitudinem miserationum
tuarum: dele iniquitatem meam. Am
plius lava me domine ab iniquitate

Quoniam iniquitatem meam ego. Tibi
soli peccavi et malum. Ecce enim in
iniquitatibus conceptus sum. Ecce
enim veritatem dilexisti. Asperges
me domine ysopo. Auditui
meo dabis gaudium et le. Averte
faciem tuam a peccatis meis. Cor
mundum crea in me. Ne proicias me
Redde michi leticiam. Docebo
iniquos vias tuas. Libera me de
Domine labia mea aperies. Quoniam
si voluisses sacrificium. Sacrificium deo
spiritus. Benigne fac domine. Tunc
acceptabis sacrificium iusticie.

Quid gloriaris in malicia: qui
potens es in iniquitate. Tota
die iniusticiam cogitavit lingua
tua: sicut novacula acuta fecisti
dolum. Dilexisti maliciam super
benignitatem: iniquitatem magis quam
loqui equitatem. Dilexisti omnia
verba precipitacionis: lingua dolo
sa. Propterea deus destruet te in finem:
evellet te et emigrabit te de taber
naculo tuo: et radicem tuam de terra
viventium. Videbunt iusti et ti
mebunt: et super eum ridebunt et
dicent: Ecce homo qui non posuit
deum adiutorem suum. Sed speravit

in multitudine diuiciarum suarum et pre-
ualuit in uanitate sua. Ego autem
sicut oliua fructifera in domo
dei speraui in misericordia dei in eternum et in se-
culum seculi. Confitebor tibi in seculum
(quia fecisti) et expectabo nomen tuum quia bonum
est in conspectu sanctorum tuorum. Gloria. an.
Deus deorum dominus locutus est. v. Immola deo
sacrificium laudis. Et redde altissimo uota
tua. v. Fiat misericordia tua super nos. Oratio. laudes
Secundum magnam misericordiam tuam domine
miserere mei. ps. Miserere. an. Salutare uul-
tus mei deus meus. ps. Judica. an. Sitiuit in
te anima mea domine. ps. Deus deus. an. Cunct-

Ego dixi in dimidio dierum
meorum uadam ad portas
inferi. Quesiui residuum annorum
meorum. Dixi non uidebo dominum
deum in terra uiuencium. Non aspiciam
hominem ultra et habitatorem quietis.
Generacio mea ablata est et con-
uoluta est a me quasi tabernaculum
pastorum. Precisa est uelud a tex-
ente uita mea dum adhuc
ordirer succidit me. De mane usque
ad uesperam finies me. Sperabam
usque ad mane quasi leo sic contriuit
omnia ossa mea. De mane usque
ad uesperam finies me sicut pullus
hyrundinis sic clamabo medi-
tabor ut columba. Attenuati
sunt oculi mei suspicientes in
excelsum. Domine uim pacior responde
pro me quid dicam aut quid respondebit
michi cum ipse fecerim. Recogitabo
tibi omnes annos meos in amari-
tudine anime mee. Domine si sic
uiuitur et in talibus uita spiritus mei
corripies me et uiuificabis me.
Ecce in pace amaritudo mea amaris-
sima. Tu autem eruisti animam
meam ut non periret proiecisti post
tergum omnia peccata mea. Quia non
infernus confitebitur tibi neque mors
laudabit te non expectabunt qui
descendunt in lacum ueritatem tuam.
Viuens uiuens ipse confitebi-
tur tibi sicut et ego hodie pater filiis
notam faciet ueritatem tuam. Domine
saluum me fac et psalmos nos-
tros cantabimus cunctis diebus
uite nostre in domo domini. Gloria. an.
Cunctis diebus uite nostre saluos nos
fac domine. an. Omnes angeli eius lau-
date dominum. ps. Laudate. Ca. Vigilate et
state. ymp. Ales diei nuncius
lucem propinquam precinit nos excitator
mencium iam Christus ad uitam uocat.
Auferte clamat lectulos egros
sopore desides castique recti ac sobri-

uigilate iam sum proximus. Ihm ciamus
uocibus flentes precantes sobrie in-
tenta supplicatio dormire cor mundum
uetat. Tu christe somnum discute tu
rumpe noctis vincla tu solue pec-
catum uetus nouumque lumen inge-
re. Deo patri sit gloria. v. Repleti sumus
mane misericordia tua. Exultauimus et delec-
tati. Aña. Erexit dominus nobis cornu salutis in
domo dauid pueri sui. ps. Benedictus. Feria
iiij in uitat. In manu tua domine omnes fines
terre. ps. Venite. ymnus. Rerum
creator optime rectorque noster aspice nos
a quiete noxia mersos sopore libera.
Te sancte christe poscimus ignosce tu
criminibus ad confitendum surgimus
morasque noctis rumpimus. Mentes
manusque tollimus propheta sicut no-
ctu nobis gerendum precipit paulusque
gestis censuit. Vides malum quod
gessimus occulta nostra pandimus preces
gementes fundimus dimitte quod
peccauimus. Pia pater. ps. Aña. Auertet do[minus]

ixit in-
sipiens
in corde
suo non
est deus.
Cor-
rupti
sunt et abhominabiles facti sunt
in iniquitatibus non est qui faciat
bonum. Deus de celo prospexit super
filios hominum ut uideat si est
intelligens aut requirens deum.
Omnes declinauerunt simul in-
utiles facti sunt non est qui faciat
bonum non est usque ad unum. Nonne
scient omnes qui operantur iniqui-
tatem qui deuorant plebem meam
sicut escam panis. Deum non
inuocauerunt illic trepidauerunt ti-
more ubi non erat timor. Quoniam
dominus dissipauit ossa eorum qui hominibus
placent confusi sunt quoniam dominus
spreuit eos. Quis dabit ex syon
salutare israel cum auerterit dominus
captiuitatem plebis sue exulta-
bit iacob et letabitur israel. ps.
Deus in nomine tuo saluum
me fac et in uirtute tua li-
bera me. Deus exaudi oratio-
nem meam auribus percipe uerba oris
mei. Quoniam alieni insurrexerunt in
me et fortes quesierunt animam meam
et non proposuerunt deum ante conspectum
suum. Ecce enim deus adiuuat me
et dominus susceptor est anime mee. Auer-
te mala inimicis meis et in ueri-
tate tua disperde illos. Volun-

ij°

uit eos in innocentia cordis sui: et in intellectibus manuum suarum deduxit eos.

Tu es deus qui facis mirabilia. A. Propitius. An.

Deus venerunt gentes in hereditatem tuam polluerunt templum sanctum tuum posuerunt Ierusalem in pomorum custodiam. Posuerunt morticina servorum tuorum escas volatilibus celi: carnes sanctorum tuorum bestiis terre. Effuderunt sanguinem ipsorum tamquam aquam in circuitu Ierusalem: et non erat qui sepeliret. Facti sumus opprobrium vicinis nostris: subsannatio et illusio his qui in circuitu nostro sunt. Usquequo domine irasceris in finem: accendetur velut ignis zelus tuus. Effunde iram tuam in gentes que te non noverunt: et in regna que nomen tuum non invocaverunt. Quia comederunt Iacob: et locum eius desolaverunt. Ne memineris iniquitatum nostrarum antiquarum: cito anticipent nos misericordie tue quia pauperes facti sumus nimis. Adiuva nos deus salutaris noster: et propter gloriam nominis tui domine libera nos: et propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum. Ne forte dicant in gentibus: ubi est deus eorum: et innotescat in nationibus coram oculis nostris. Ultio sanguinis servorum tuorum qui effusus est: introeat in conspectu tuo gemitus compeditorum. Secundum magnitudinem brachii tui: posside filios mortificatorum. Et redde vicinis nostris septuplum in sinu eorum: improperium ipsorum quod exprobraverunt tibi domine. Nos autem populus tuus et oves pascue tue: confitebimur tibi in seculum. In generationem et generationem: annunciabimus laudem tuam. G. Sa. Ps. David.

Qui regis Israel intende: qui deducis velud ovem Ioseph. Qui sedes super cherubyn: manifestare coram Effraym Beniamyn et Manasse. Excita potentiam tuam et veni: ut salvos facias nos. Deus converte nos: et ostende faciem tuam et salvi erimus. Domine deus virtutum quousque irasceris super orationem servi tui: cibabis nos pane lacrimarum: et potum dabis nobis in lacrimis in mensura. Posuisti nos in contradictionem vicinis nostris: et inimici nostri subsannaverunt nos. Deus virtutum converte nos: et ostende faciem tuam et salvi erimus. Vineam de egypto transtulisti: e

gentes et plantasti eam. Dux itineris fuisti in conspectu eius et plantasti radices eius et implevit terram. Operuit montes umbra eius et arbusta eius cedros dei. Extendit palmites suos usque ad mare et usque ad flumen propagines eius. Ut quid destruxisti maceriam eius et vindemiant eam omnes qui pretergrediuntur viam. Exterminavit eam aper de silva et singularis ferus depastus est eam. Deus virtutum convertere respice de celo et vide et visita vineam istam. Et perfice eam quam plantavit dextera tua et super filium hominis quem confirmasti tibi. Incensa igni et suffossa ab increpatione vultus tui peribunt. Fiat manus tua super virum dextere tue et super filium hominis quem confirmasti tibi. Et non discedimus a te vivificabis nos et nomen tuum invocabimus. Domine deus virtutum converte nos et ostende faciem tuam et salvi erimus. Gloria. an.

Propitius esto peccatis nostris domine. an.

Gaudebunt labia mea dum cantavero tibi et anima mea quam redemisti domine. V.

Fiat misericordia tua super me. Laude. Tibi soli peccavi domine miserere mei. ps. Miserere. an. Domine refugium tu factus es nobis. ps. Ipsum. an. In matutinis domine meditabor in te. ps. Deus deus meus. an. In ueteratum. psalmus.

Cantemus domino gloriose enim honorificatus est equum et ascensorem deiecit in mare. Fortitudo mea et laus mea dominus et factus est mihi in salutem. Iste deus meus et glorificabo eum deus patris mei et exaltabo eum. Dominus quasi vir pugnator omnipotens nomen eius currus pharaonis et exercitum eius proiecit in mare. Electi principes eius submersi sunt in mari rubro abyssi operuerunt eos descenderunt in profundum quasi lapis. Dextera tua domine magnificata est in fortitudine dextera tua domine percussit inimicum et in multitudine glorie tue deposuisti adversarios meos. Misisti iram tuam que devoravit eos sicut stipulam et in spiritu furoris tui congregate sunt aque. Stetit unda fluens congregate sunt abyssi in medio mari. Dixit inimicus persequar et comprehendam dividam spolia implebitur anima mea. Evaginabo gladium meum et

interficiet eos manus mea. Fla-
vit spiritus eius et operuit eos mare:
submersi sunt quasi plumbum in aquis
vehementibus. Quis similis tui
in fortibus domine quis similis tui mag-
nificus es in sanctitate terribilis atque lau-
dabilis et faciens mirabilia. Ex-
tendisti manum tuam et devoravit
eos terra. Dux fuisti in misericordia tua po-
pulo tuo quem redemisti. Et portasti
eum in fortitudine tua ad habitaculum
sanctum tuum. Ascenderunt populi et irati sunt:
dolores obtinuerunt habitatores Phi-
listiim. Tunc conturbati sunt
principes Edom robustos Moab
obtinuit tremor: obriguerunt
omnes habitatores Chanaan. Irru-
at super eos formido et pavor in ma-
gnitudine brachii tui. Fiant immo-
biles quasi lapis donec pertranseat po-
pulus tuus: iste quem possedisti. In-
troduces eos et plantabis eos in
monte hereditatis tue firmissimo
habitaculo tuo quod operatus es domine.
Sanctuarium tuum domine quod firmave-
runt manus tue. Dominus regnabit in eter-
num et ultra. Ingressus est pharao cum cur-
ribus et equitibus in mare et reduxit super
eos dominus aquas maris. Filii autem

israel ambulaverunt per siccum in
medio eius. Gloria. ant. In eternum
dominus regnabit et ultra. ant. In sanctis eius lau-
date dominum. ps. Laudate. Cap. Vigilate.
Lux ecce surgit aurea pallens
fatiscat cecitas que nosmet in preceps
diu errore traxit devio. Hec lux se-
renum conferat purosque nos prestet sibi
nihil loquamur subdolum volvamus
obscurum nihil. Sic tota decurrat dies
ne lingua mendax ne manus o-
culi ne peccent lubrici ne noxa corpus
inquinet. Speculator astat desuper
qui nos diebus omnibus actusque nostros
prospicit a luce prima in vesperum. Deo pa-
tri sit. v. Repleti sumus. ant. In sanctita-
te serviamus domino et liberabit nos ab inimicis
nostris. ps. Benedictus. Feria vi. Invitatorium.
Dominum qui fecit nos venite adoremus.
Venite exultemus. Tu trinitatis unitas
orbem potenter qui regis attende lau-
dum cantica que excubantes psallimus.
Nam lectulo consurgimus noctis quie-
to tempore ut flagitemus vulnera a te mede-
lam omnium. Quo fraude quicquid demo-
num in noctibus deliquimus abstergat illud
celitus tue potestas glorie. Ne corpus assit
sordidum nec torpor instet cordium
nec criminis contagio tepescat ardor.

spc O [illegible] redemptor nr̄ reple tua nos lumine per dies circulis uite continuimur actibus Ps̄a pr̄a Exul-

Exultate deo adiutori nostro iubilate deo iacob. Sumite psalmum et date tympanum psalterium iocundum cum cythara. Buccinate in neomenia tuba in insigni die solempnitatis vestre. Quia preceptum in israel est et iudicium deo iacob. Testimonium in ioseph posuit illud cum exiret de terra egypti linguam quam non noverat audivit. Divertit ab oneribus dorsum eius manus eius in cophino servierunt. In tribulacione invocasti me et liberavi te exaudivi te in abscondito tempestatis probavi te apud aquam contradictionis. Audi populus meus et testificabor te israel si me audieris non erit in te deus recens neque adorabis deum alienum. Ego enim sum dominus deus tuus qui eduxi te de terra egypti dilata os tuum et implebo illud. Et non audivit populus meus vocem meam et israel non intendit mihi. Et dimisi eos secundum desideria cordis eorum ibunt in adinvencionibus suis. Si populus meus audisset me israel si in viis meis ambulasset. Pro nichilo forsitan inimicos eorum humiliassem super tribulantes eos misissem manum meam. Inimici domini mentiti sunt ei et erit tempus eorum in secula. Et cibavit illos ex adipe frumenti et de petra melle saturavit eos. Ps̄ David

Deus stetit in synagoga deorum in medio autem deos diiudicat. Usque quo iudicatis iniquitatem et facies peccatorum sumitis. Iudicate egeno et pupillo humilem et pauperem iustificate. Eripite pauperem et egenum de manu peccatoris liberate. Nescierunt neque intellexerunt in tenebris ambulant movebuntur omnia fundamenta terre. Ego dixi dii estis et filii excelsi omnes. Vos autem sicut homines moriemini et sicut unus de principibus cadetis. Surge de(us)

iudica terram quoniam tu hereditabis in
omnibus gentibus. Gloria patri. Antiphona
Exultate deo adiutori nostro. Antiphona Tu solus

Deus quis similis erit tibi ne
taceas neque compescaris
deus. Quoniam ecce inimici tui sonuerunt
et qui oderunt te extulerunt caput.
Super populum tuum malignaverunt consi-
lium et cogitaverunt adversus sanc-
tos tuos. Dixerunt venite disperdamus
eos de gente et non memoretur
nomen israel ultra. Quoniam cogitaverunt
unanimiter simul adversum te testa-
mentum disposuerunt tabernacula y-
dumeorum et ysmahelite. Moab
et agareni gebal et amon et ama-
lech alienigene cum habitantibus
tyrum. Etenim assur venit cum illis
facti sunt in adiutorium filiis loth. Fac
illis sicut madyan et sysare sicut
yabin in torrente cison. Pone
principes eorum sicut oreb et zeb et
zebee et salmana. Omnes principes
eorum qui dixerunt hereditate possi-
deamus sanctuarium dei. Deus meus
pone illos ut rotam et sicut sti-
pulam ante faciem venti. Sicut ignis
qui comburit silvas et sicut flamma com-
burens montes. Ita persequeris
illos in tempestate tua et in ira
tua conturbabis eos. Imple
facies eorum ignominia et querent
nomen tuum domine. Erubescant
et conturbentur in seculum seculi et confundantur
et pereant. Et cognoscant quia
nomen tibi dominus tu solus altis-
simus super omnem terram.

Quam dilecta tabernacula
tua domine virtutum concu-
piscit et deficit anima mea in
atria domini. Cor meum et caro
mea exultaverunt in deum vivum.
Etenim passer invenit sibi domum
et turtur nidum ubi reponat
pullos suos. Altaria tua do-
mine virtutum rex meus et deus meus.
Beati qui habitant in domo [tua domine]
in secula seculorum laudabunt te. Beatus vir
cuius est auxilium abs te ascensiones
in corde suo disposuit in valle la-
crimarum in loco quem posuit. Etenim
benedictiones dabit legislator ibunt
de virtute in virtutem vi-
debitur deus deorum in syon. Domine
deus virtutum exaudi orationem meam
auribus percipe deus iacob. Pro-
tector noster aspice deus et respice in
faciem christi tui. Quia melior est

Disperierunt in endor facti sunt ut ster-
cus terre

dies una in atriis tuis super
milia. Elegi abiectus esse in
domo dei mei magis quam
habitare in tabernaculis peccatorum.
Quia misericordiam et veritatem di-
ligit deus: gratiam et gloriam dabit
dominus. Non privabit bonis eos
qui ambulant in innocentia:
domine virtutum beatus homo qui spe-
rat in te. Gloria patri. Antiphona. Tu salus alt-
issimus super omnem terram. Antiphona. Benedixisti

Benedixisti domine terram
tuam: avertisti captivi-
tatem iacob. Remisisti ini-
quitatem plebis tue. Mitiga-
sti omnem iram tuam. Conver-
te nos deus salutaris noster et
Numquid in eternum irasceris nobis
Deus tu conversus vivificabis
Ostende nobis domine misericordiam tuam
Audiam quid loquatur
in me dominus deus. Et super sanctos
suos et in eos qui. Verumtamen
prope timentes eum. Misericordia et veritas
obviaverunt. Veritas de
terra orta est et iusticia de celo. Et-
enim dominus dabit benignitatem. Ius-
ticia ante eum ambulabit. Gloria

Inclina domine aurem tuam et
exaudi me quoniam inops et pau-
per sum ego. Custodi animam
meam quoniam sanctus sum: salvum fac
servum tuum deus meus sperantem in te.
Miserere mihi domine quoniam ad te
clamavi tota die: letifica ani-
mam servi tui quoniam ad te domine animam
meam levavi. Quoniam tu domine su-
avis et mitis et multe misericordie omnibus
invocantibus te. Auribus percipe
domine orationem meam: et intende voci
deprecationis mee. In die tribula-
tionis mee clamavi ad te quia
exaudisti me. Non est similis
tui in diis domine et non est secundum opera
tua. Omnes gentes quascumque fe-
cisti venient et adorabunt coram
te domine et glorificabunt nomen
tuum. Quoniam magnus es tu et fa-
ciens mirabilia tu es deus solus.
Deduc me domine in via tua et
ingrediar in veritate tua letetur
cor meum ut timeat nomen meum
tuum. Confitebor tibi domine deus
meus in toto corde meo et glorifi-
cabo nomen tuum in eternum. Quia
misericordia tua magna est super me.

eruisti animam meam ex inferno
inferiori. Deus iniqui insurrexerunt in
me et synagoga potentium quesi
erunt animam meam et non propo
suerunt te in conspectu suo. Et tu domine
deus miserator et misericors patiens
et multe misericordie et verax. Respice in me
et miserere mei da imperium puero tuo
et salvum fac filium ancille tue. Fac
mecum signum in bono ut videant
qui oderunt me et confundantur quoniam
tu domine adiuvisti me et consola
tus es me. Gloria patri. ant. Benedixisti
domine terram tuam. ant. Fundamenta.

Fundamenta eius in montibus
sanctis diligit dominus portas syon
super omnia tabernacula iacob.
Gloriosa dicta sunt de te civitas dei.
Memor ero raab et babylonis
scientium me. Ecce alienigene
et tyrus et populus ethiopum hii fu
erunt illic. Numquid syon dicet
homo et homo natus est in ea et ipse funda
vit eam altissimus. Dominus narra
bit in scripturis populorum et principum
horum qui fuerunt in ea. Sicut letan
tium omnium nostrum habitatio est in te.

Domine deus salutis mee
in die clamavi et nocte
coram te. Intret in conspectu
tuo oratio mea inclina aurem
tuam ad precem meam. Quia
repleta est malis anima mea
et vita mea inferno appropinquavit.
Estimatus sum cum descenden
tibus in lacum factus sum sicut homo si
ne adiutorio inter mortuos liber.
Sicut vulnerati dormientes
in sepulchris quorum non es memor
amplius et ipsi de manu tua
repulsi sunt. Posuerunt me in
lacu inferiori in tenebris et in
umbris mortis. Super me confir
matus est furor tuus et omnes
fluctus tuos induxisti super me.
Longe fecisti notos meos
a me posuerunt me abhominati
onem sibi. Traditus sum et non
egrediebar oculi mei languerunt
pre inopia. Clamavi ad te domine
tota die expandi ad te manus
meas. Numquid mortuis facies
mirabilia aut medici sus
citabunt et confitebuntur tibi. Num
quid narrabit aliquis in sepulchro
misericordiam tuam et veritatem tuam in
perditione. Numquid cognoscentur
in tenebris mirabilia tua et

iustitia tua in terra oblivionis.
Et ego ad te domine clamavi et mane oratio mea preveniet te. Ut quid domine repellis orationem meam avertis faciem tuam a me.
Pauper sum ego et in laboribus a iuventute mea exaltatus autem humiliatus sum et conturbatus.
In me transierunt ire tue et terrores tui conturbaverunt me. Circumdederunt me sicut aqua tota die circumdederunt me simul. Elongasti a me amicum et proximum et notos meos a miseria. An.
Fundamenta eius in montibus sanctis. Ps.
Misericordias domini in eternum cantabo. In generationem et generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo. Quoniam dixisti in eternum misericordia edificabitur in celis preparabitur veritas tua in eis.
Disposui testamentum electis meis iuravi David servo meo usque in eternum preparabo semen tuum. Et edificabo in generationem et generationem sedem tuam. Confitebuntur celi mirabilia tua domine etenim veritatem tuam in ecclesia sanctorum. Quoniam quis in nubibus equabitur domino similis erit domino in filiis dei.
Deus qui glorificatur in consilio sanctorum magnus et terribilis super omnes qui in circuitu eius sunt. Domine deus virtutum quis similis tibi potens es domine et veritas tua in circuitu tuo.
Tu dominaris potestati maris motum autem fluctuum eius tu mitigas. Tu humiliasti sicut vulneratum superbum in brachio virtutis tue dispersisti inimicos tuos. Tui sunt celi et tua est terra orbem terre et plenitudinem eius tu fundasti aquilonem et mare tu creasti. Thabor et Hermon in nomine tuo exultabunt tuum brachium cum potentia. Firmetur manus tua et exaltetur dextera tua iustitia et iudicium preparatio sedis tue. Misericordia et veritas precedent faciem tuam beatus populus qui scit iubilationem. Domine in lumine vultus tui ambulabunt et in nomine tuo exultabunt tota die et in iustitia tua exaltabuntur.
Quia gloria virtutis eorum tu es et in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrum. Quia domini est assumptio nostra et sancti Israel regis nostri.
Tunc locutus es in visione sanctis tuis.

tua

tiis et dixisti posui adiutorium in potente et exaltavi electum de plebe mea. Inveni david servum meum oleo sancto meo unxi eum.
Manus enim mea auxiliabitur ei et brachium meum confortabit eum.
Nichil proficiet inimicus in eo et filius iniquitatis non apponet nocere ei.
Et concidam a facie ipsius inimicos eius et odientes eum in fugam convertam.
Et veritas mea et misericordia mea cum ipso et in nomine meo exaltabitur cornu eius.
Et ponam in mari manum eius et in fluminibus dexteram eius.
Ipse invocabit me pater meus es tu deus meus et susceptor salutis mee.
Et ego primogenitum ponam illum pre regibus terre.

excelsu[m]
mea

In eternum servabo illi misericordiam meam et testamentum meum fidele ipsi.
Et ponam in seculum seculi semen eius et thronum eius sicut dies celi.
Si autem dereliquerint filii eius legem meam et in iudiciis meis non ambulaverint.
Si iusticias meas prophanaverint et mandata mea non custodierint.
Visitabo in virga iniquitates eorum et in verberibus peccata eorum.
Misericordiam autem meam non dispergam ab eo neque nocebo in veritate mea.
Neque prophanabo testamentum meum et que procedunt de labiis meis non faciam irrita.
Semel iuravi in sancto meo si david mentiar semen eius in eternum manebit.
Et thronus eius sicut sol in conspectu meo et sicut luna perfecta in eternum et testis in celo fidelis.
Tu vero repulisti et despexisti distulisti christum tuum.
Avertisti testamentum servi tui prophanasti in terra sanctuarium eius.
Destruxisti omnes sepes eius posuisti firmamentum eius formidinem.
Diripuerunt eum omnes transeuntes viam factus est opprobrium vicinis suis.
Exaltasti dexteram deprimentium eum letificasti omnes inimicos eius.
Avertisti adiutorium gladii eius et non es auxiliatus ei in bello.
Destruxisti eum ab emundatione et sedem eius in terram collisisti.
Minorasti dies temporis eius perfudisti eum confusione.
Usquequo domine avertis in finem exardescet

sicut ignis ira tua. Memorare
que mea substantia numquid enim vane con-
stituisti omnes filios hominum.
Quis est homo qui vivet et non
videbit mortem: eruet animam
suam de manu inferi. Ubi sunt
misericordie tue antique domine: sicut iu-
rasti david in veritate tua. Memor esto
domine obprobrii servorum tuorum quod con-
tinui in sinu meo multarum gentium.
Quod exprobraverunt inimici tui domine
quod exprobraverunt commutationem chri-
sti tui. Benedictus dominus in eternum fiat fiat.

Domine refugium factus
es nobis a generatione
in generationem. Priusquam montes
fierent aut formaretur terra et orbis:
a seculo et usque in seculum tu es deus. Ne
avertas hominem in humilitatem: et
dixisti convertimini filii hominum.
Quoniam mille anni ante oculos tuos:
tamquam dies hesterna que preterit.
Et custodia in nocte: que pro nihi-
lo habentur eorum anni erunt. Mane
sicut herba transeat mane flo-
reat et transeat vespere decidat in-
duret et arescat. Quia defe-
cimus in ira tua: et in furore tuo
turbati sumus. Posuisti iniqui-
tates nostras in conspectu tuo: se-
culum nostrum in illuminatione vultus tui.
Quoniam omnes dies nostri defecerunt: et
in ira tua defecimus. Anni nostri
sicut aranea meditabuntur: dies
annorum nostrorum in ipsis septuagin-
ta anni. Si autem in potentatibus
octoginta anni: et amplius
eorum labor et dolor. Quoniam supervenit
mansuetudo: et corripiemur. Quis
novit potestatem ire tue: et pre
timore tuo iram tuam dinumerare.
Dexteram tuam sic notam fac:
et eruditos corde in sapientia. Con-
vertere domine usquequo: et deprecabilis
esto super servos tuos. Repleti
sumus mane misericordia tua: et exul-
tavimus et delectati sumus in omnibus
diebus nostris. Letati sumus pro die-
bus quibus nos humiliasti: annis
quibus vidimus mala. Respice
in servos tuos et in opera tua: et di-
rige filios eorum. Et sit splen-
dor domini dei nostri super nos et opera
manuum nostrarum dirige super
nos: et opus manuum nostrarum
dirige. Gloria patri et filio. ps.

Qui habitat in adiutorio altissimi in protectione dei celi commorabitur. Dicet domino susceptor meus es tu et Quoniam ipse liberavit me de laqueo Scapulis suis obumbrabit tibi Scuto circumdabit te veritas eius A sagitta volante in die a negotio Cadent a latere tuo mille et de Verumtamen oculis tuis considerabis Quoniam tu es domine spes mea al Non accedet ad te malum et Quoniam angelis suis mandavit In manibus portabunt te Super aspidem et basiliscum am Quoniam in me speravit liberabo eum prote Clamabit ad me liberabo eum Longitudine dierum replebo eum et

Bonum est confiteri domino: et psallere nomini tuo altissime. Ad annunciandum mane misericordiam tuam et veritatem tuam per noctem. In decacordo et psalterio cum cantico in cythara. Quia delectasti me in factura tua et in operibus manuum tuarum exultabo. Quam magnificata sunt opera tua domine nimis profunde facte sunt cogitationes tue. Vir insipiens non cognoscet et stultus non intelliget hec. Cum exorti fuerint peccatores sicut fenum et apparuerint omnes qui operantur iniquitatem. Ut intereant in seculum seculi tu autem altissimus in eternum domine. Quoniam ecce inimici tui domine quoniam ecce inimici tui peribunt et dispergentur omnes qui operantur iniquitatem. Et exaltabitur sicut unicornis cornu meum et senectus mea in misericordia uberi. Et respexit oculus meus inimicos meos et in insurgentibus in me malignantibus audiet auris mea. Iustus ut palma florebit sicut cedrus libani multiplicabitur. Plantati in domo domini in atriis domus dei nostri florebunt. Adhuc multiplicabuntur in senecta uberi et bene patientes erunt ut annuncient. Quoniam rectus dominus deus noster et non est iniquitas in eo.

Dominus regnavit decorem indutus est indutus est dominus

Ore in prima feria in laudibus.

Deus ultionum dominus deus ultionum libere egit. Exaltare qui iudicas terram.

Usquequo peccatores domine usquequo peccatores gloriabuntur

redde retributionem superbis. Effabuntur et loquentur iniquitatem loquentur omnes qui operantur iniustitiam. Populum tuum domine humiliaverunt et hereditatem tuam vexaverunt. Viduam et advenam interfecerunt et pupillos occiderunt. Et dixerunt non videbit dominus nec intelliget deus Iacob. Intelligite insipientes in populo et stulti aliquando sapite. Qui plantavit aurem non audiet aut qui finxit oculum non considerat. Qui corripit gentes non arguet qui docet hominem scientiam. Dominus scit cogitationes hominum quoniam vane sunt. Beatus homo quem tu erudieris domine et de lege tua docueris eum. Ut mitiges ei a diebus malis donec fodiatur peccatori fovea. Quia non repellet dominus plebem suam et hereditatem suam non derelinquet. Quoadusque iustitia convertatur in iudicium et qui iuxta illam omnes qui recto sunt corde. Quis consurget mihi adversus malignantes aut quis stabit mecum adversus operantes iniquitatem. Nisi quia dominus adiuvit me paulominus habitasset in inferno anima mea. Si dicebam motus est pes meus misericordia tua domine adiuvabat me. Secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo consolationes tue letificaverunt animam meam. Numquid adheret tibi sedes iniquitatis qui fingis laborem in precepto. Captabunt in animam iusti et sanguinem innocentem condemnabunt. Et factus est mihi dominus in refugium et deus meus in adiutorium spei mee. Et reddet illis iniquitatem ipsorum et in malitia eorum disperdet eos dominus deus noster. psalmus david

Venite exultemus domino iubilemus deo salutari nostro. Preoccupemus faciem eius in confessione et in psalmis iubilemus ei. Quoniam deus magnus dominus et rex magnus super omnes deos. Quoniam non repellet dominus plebem suam quia in manu eius sunt omnes fines terre et altitudines montium ipse conspicit. Quoniam ipsius est mare et ipse fecit illud et siccam manus eius formaverunt. Venite ado-

nemus et procidamus ante deum ploremus coram domino qui fecit nos quia ipse est dominus deus noster. Et nos populus eius et oves pascue eius. Hodie si vocem eius audieritis nolite obdurare corda vestra. Sicut in exacerbatione secundum diem temptationis in deserto ubi temptaverunt me patres vestri probaverunt et viderunt opera mea. Quadraginta annis offensus fui generationi huic et dixi semper hi errant corde. Et isti non cognoverunt vias meas quibus iuravi in ira mea si introibunt in requiem meam. Gloria patri. an.

Benedicite dominum in eternum. an. Cantate. ps.

Cantate domino canticum novum cantate domino omnis terra. Cantate domino et benedicite nomini eius annuntiate de die in diem salutare eius. Annuntiate inter gentes gloriam eius in omnibus populis mirabilia eius. Quoniam magnus dominus et laudabilis nimis terribilis est super omnes deos. Quoniam omnes dii gentium demonia dominus autem celos fecit. Confessio et pulchritudo in conspectu eius ~~sanctitas~~ et magnificentia in sanctificatione eius. Afferte domino patrie gentium afferte domino gloriam et honorem afferte domino gloriam nomini eius. Tollite hostias et introite in atria eius adorate dominum in atrio sancto eius. Commoveatur a facie eius universa terra dicite in gentibus quia dominus regnavit. Etenim correxit orbem terre qui non commovebitur iudicabit populos in equitate. Letentur celi et exultet terra commoveatur mare et plenitudo eius gaudebunt campi et omnia que in eis sunt. Tunc exultabunt omnia ligna silvarum a facie domini quia venit quoniam venit iudicare terram. Iudicabit orbem terre in equitate et populos in veritate sua. ps. david.

Dominus regnavit exultet terra letentur insule multe. Nubes et caligo in circuitu eius iustitia et iudicium ~~directio~~ sedis eius. Ignis ante ipsum precedet et inflammabit in circuitu inimicos eius. Illuxerunt fulgura eius ~~orbi terre~~ vidit et commota est terra. Montes sicut cera fluxerunt a facie domini a facie domini omnis terra. Annuntiaverunt

(Marginalia: "populis"; "sanctimonia"; "gloriam"; "correctio"; "orbi terre")

celi iusticiam eius et viderunt omnes
populi gloriam eius. Confundantur
omnes qui adorant sculptilia
et qui gloriantur in simulacris suis.
Adorate eum omnes angeli
eius audivit et letata est syon.
Et exultaverunt filie iude:
propter iudicia tua domine. Quoniam tu
dominus altissimus
super omnem terram: nimis
exaltatus
es super omnes deos. Qui
diligitis dominum odite
malum: custodit dominus
animas sanctorum suorum et de
manu peccatoris liberabit
eos. Lux orta est iusto
et rectis corde leticia. Le
tamini iusti in domino:
et confitemini memorie
sanctificationis eius. Gloria. Ant.
Cantate domino et benedicite
nomini eius. V. Beatus homo
quem tu erudieris domine. Et de lege
tua docueris eum. V. Fiat miseri
cordia tua domine super nos. Quemadmo
dum speravimus in te. Laudes.
Spiritu principali confirma cor
meum deus. ps. Miserere. a. In
veritate tua exaudi me domine. ps.

Domine exaudi. ps. Ant. Illumina
domine vultum tuum super nos. ps.
Deus deus. Ant. Domine audivi.
Domine audivi auditio
nem tuam et timui. Do
mine opus tuum in medio
annorum vivifica illud. In
medio annorum notum facies:
cum iratus fueris misericordie recor
daberis. Deus ab austro
veniet: et sanctus de monte pha
ran. Operuit celos gloria eius:
et laudis eius plena est terra.
Splendor eius ut lux erit:
cornua in manibus eius. Ibi
abscondita est fortitudo eius:
ante faciem eius ibit mors.
Egredietur dyabolus ante
pedes eius: stetit et mensus
est terram. Aspexit et dissolvit
gentes: et contriti sunt montes seculi.
Incurvati sunt montes seculi: ab
itineribus eternitatis eius. Pro
iniquitate vidi tentoria ethy
opie: turbabuntur pelles terre
madian. Numquid in fluminibus
iratus es domine aut in fluminibus
furor tuus: vel in mari indi
gnatio tua. Qui ascendis

super equos tuos: et quadrige tue salvacio. Suscitans suscitabis arcum tuum: iuramenta tribubus que locutus es. F Fluvios scindes terre viderunt te aque et doluerunt montes: gurges aquarum transiit. Dedit abyssus vocem suam: altitudo manus suas levavit. Sol et luna steterunt in habitaculo suo: in luce sagittarum tuarum ibunt in splendore fulgurantis haste tue. In fremitu conculcabis terram: in furore tuo obstupefacies gentes. Egressus es in salutem populi tui: in salutem cum christo tuo. Percussisti caput de domo impii: denudasti fundamentum eius usque ad collum. Maledixisti sceptris eius: capita bellatorum eius venientibus ut turbo ad dispergendum me. Exultacio eorum sicut eius qui devorat pauperem in abscondito. Viam fecisti in mari equis tuis: in luto aquarum multarum. Audivi et conturbatus est venter meus: a voce contremuerunt labia mea. Ingrediatur putredo in ossibus meis: et subtus me scateat. Ut requiescam in die tribulacionis: ut ascendam ad populum accinctum nostrum. Ficus enim non florebit: et non erit germen in vineis. Mentietur opus olive: et arva non afferent cibum. Abscindetur de ovili pecus: et non erit armentum in presepibus. Ego autem in domino gaudebo: et exultabo in deo ihesu meo. Dominus deus fortitudo mea: et ponet pedes meos quasi cervorum. Et super excelsa mea deducet me victor in psalmis canentem. Gloria. Ant. Domine audivi auditum tuum et timui. Ant. In tympano et choro in cordis et organo laudate deum. Ps. Laudate dominum. Ca. Fratres vigilate. Ps.

Eterna celi gloria beata spes mortalium celsi tonantis unice castaeque proles virginis. Da dexteram surgentibus exurgat et mens sobria flagransque in laudem dei grates rependat debitas. Ortus refulget lucifer sparsamque [illegible] cadit caligo noctium lux sancta nos illuminet.

Luce

Manensque nostris sensibus noctem
repellat seculi omnemque sive dici puri
gata servat pectora. Quesita iam
primitus fides radicet altius sensibus
seculi spes congaudeat qua maior
exstat karitas. Psalm. pro pyssime. V.
Repleti sumus mane misericordia tua. Ex
ultavimus et delectati sumus in omnibus
diebus nostris. ant. Per viscera misericordie
dei nostri in quibus visitavit nos ori
ens ex alto. ps. Benedictus. Sabbato
Invitatorium. Dominum deum nostrum venien
tem adoremus. ps. Venite. ymnus.
Summe deus clementie mundi
que factor machine unus po
tentialiter trinusque personaliter. Nostros
pius cum canticis fletus benigne
suscipe quo corde puro sordibus te
perfruamur largius. Lumbos iecur
que morbidum adure igne congruo
accincti ut sint perpetim luxu remo
to pessimo. Ut quique horas noctium
nunc concinendo rumpimus donis beate
patrie ditemur omnes affatim. Psalm.

ant. Cantate domino canticum novum quia mirabilia
fecit. Salvavit sibi dextera eius
et brachium sanctum eius. No
tum fecit dominus salutare
suum in conspectu gentium reve
lavit iustitiam suam. Recorda
tus est misericordie sue et veritatis sue do
mui Israel. Viderunt omnes
termini terre salutare dei nostri. Iu
bilate deo omnis terra cantate ex
ultate et psallite. Psallite domino
in cythara et voce psalmi in tubis
ductilibus et voce tube cornee.
Iubilate in conspectu regis domini
moveatur mare et plenitudo eius
orbis terrarum et qui ha
bitant in eo. Flumina plau
dent manu simul montes ex
ultabunt in conspectu domini
quia venit quoniam venit iudi
care terram. Iudicabit orbem
terrarum in iustitia et populos in equitate.
Dominus regnavit iras
cantur populi qui sedes super cherubin
moveatur terra. Dominus
in Syon magnus et excelsus
super omnes populos. Confite
antur nomini tuo magno
quoniam terribile et sanctum est et honor
regis iudicium diligit. Tu

terra
et cytha
cherubin

parasti iudicium et iusticiam
in iacob tu fecisti. Exaltate
dominum deum nostrum et adorate sca-
bellum pedum eius quoniam sanctum est.
Moyses et aaron in sacerdotibus
eius et samuel inter eos qui in-
uocant nomen eius. Inuoca-
bant dominum et ipse exaudiebat
eos in columpna nubis lo-
quebatur ad eos. Custodiebant
testimonia eius et preceptum quod
dedit illis. Domine deus noster
tu exaudiebas eos deus tu propi-
cius fuisti eis et ulciscens in omnes
adinuentiones eorum. Exalta-
te dominum deum nostrum et adora-
te eum in monte sancto eius quoniam
sanctus dominus deus noster.
Quia mirabilia fecit dominus. Ant.
Iubilate deo omnis terra seruite
domino. R. in prima feria laudes
Misericordiam et iudicium
cantabo tibi domine. Psal-
lam et intelligam in uia in-
maculata quando uenies ad me.
Perambulabam in innocencia
cordis mei in medio domus
mee. Non proponebam ante
oculos meos rem iniustam
facientes preuaricationes
odiui. Non adhesit michi
cor prauum declinantem
a me malignum non cognoscebam.
Detrahentem secreto
proximo suo hunc persequebar.
Superbo oculo et insaciabili
corde cum hoc non edebam.
Oculi mei ad fideles terre
ut sedeant mecum ambulans
in uia inmaculata hic michi
ministrabat. Non habitabit
in medio domus mee qui
facit superbiam qui loquitur
iniqua non direxit in con-
spectu oculorum meorum. In ma-
tutino interficiebam omnes
peccatores terre ut disperderem
de ciuitate domini omnes
operantes iniquitatem. Ant.
Iubilate deo omnis terra. Ad laudes
Domine exaudi orationem
meam et clamor meus
ad te ueniat. Non auertas
faciem tuam a me in quacum-
que die tribulor inclina ad
me aurem tuam. In quacum-
que die inuocauero te
uelociter exaudi me.

Quia defecerunt sicut fumus dies mei et ossa mea sicut cremium aruerunt. Percussus sum ut foenum et aruit cor meum quia oblitus sum comedere panem meum. A voce gemitus mei adhesit os meum carni mee. Similis factus sum pellicano solitudinis factus sum sicut nycticorax in domicilio. Vigilavi et factus sum sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobraverunt mihi inimici mei et qui laudabant me adversum me iurabant. Quia cinerem tamquam panem manducabam et potum meum cum fletu miscebam. A facie ire et indignationis tue quia elevans allisisti me. Dies mei sicut umbra declinaverunt et ego sicut foenum arui. Tu autem domine in eternum permanes et memoriale tuum in generationem et generationem. Tu exurgens domine misereberis Syon quia tempus miserendi eius quia venit tempus. Quoniam placuerunt servis tuis lapides eius et terre eius miserebuntur. Et timebunt gentes nomen tuum domine et omnes reges terre gloriam tuam. Quia edificavit dominus Syon et videbitur in gloria sua. Respexit in orationem humilium et non sprevit precem eorum. Scribantur hec in generatione altera et populus qui creabitur laudabit dominum. Quia prospexit de excelso sancto suo dominus de celo in terram aspexit. Ut audiret gemitus compeditorum ut solveret filios interemptorum. Ut annuncient in Syon nomen domini et laudem eius in Ierusalem. In conveniendo populos in unum et reges ut serviant domino. Respondit ei in via virtutis sue paucitatem dierum meorum nuncia mihi. Ne revoces me in dimidio dierum meorum in generationem et generationem anni tui. Inicio tu domine terram fundasti et opera manuum tuarum sunt celi. Ipsi peribunt tu autem permanes et omnes sicut vestimentum veterascent

Et sicut opertoriu͂ muta
bis eos ⁊ mutabu͂t͛ tu aut͛
idem ipse es ⁊ anni tui non
deficient. Filij seruoꝝ tuoꝝ
habitabunt ⁊ semen eoꝝ in se
culu͂ dirigetur.

Benedic anima mea dn͂o
⁊ omnia que intra me sunt
nomini sc͂o eius. Benedic aīa
mea domino ⁊ noli obliuisci
omnes retribuc͛oes eius. Qui
propiciat͛ omnibꝫ iniquitatibꝫ
tuis qui sanat omnes infir
mitates tuas. Qui redimit
de interitu vitam tuam qui coronat
te in mīa ⁊ miseracionibus.
Qui replet in bonis deside
rium tuum renouabit͛ ut aquile
iuuentus tua. Faciens
mīas dn͂s ⁊ iudiciu͂ omnibꝫ
iniuriam pacientibꝫ. Notas
fecit dn͂s vias suas moysi fi
lijs isrl͂ voluntates suas.
Miserator ⁊ misericors dn͂s lō
ganimis ⁊ multu͂ misericors.
Non in ppetuu͂ irascet͛ nob
dominus neqꝫ in eternu͂ comi
nabit͛. Non scd͂m pc͂a nr͂a
fecit nobis neqꝫ scd͂m iniquitates
nr͂as retribuet nobis. Qm̄
scd͂m altitudinē celi a ter
ra corroborauit mīaꝫ suā
sup timentes se. Quantum
distat ortus ab occidente
longe fecit a nobis iniquitates
nr͂as. Quomodo miseret͛ pater
filioꝝ misertus est dn͂s timen
tibus se qm̄ ipse cognouit
figmentu͂ nr͂m. Recordatus
est qm̄ puluis sumus homo
sicut fenu͂ dies eius tanq͂
flos agri sic efflorebit.
Qm̄ sp͂us ptransibit in illo
⁊ nō subsistet ⁊ nō cognoscet
amplius locum suu͂. Mi
sericordia aut͛ dn͂i ab eterno
⁊ usqꝫ in eternu͂ sup timentes
eum. Et iusticia illius
in filios filioꝝ hijs qui ser
uant testamentum eius.
Et memores sunt mandatoꝝ
ipsius ad faciendu͂ ea. Do
minus in celo parauit sedem
suam ⁊ regnu͂ ipsius omnibꝫ
dominabit͛. Benedicite dn͂o
omnes angeli eius potentes
virtute facientes verbu͂ illi
ad audiendam vocem sermonu͂

eius Benedicite domino
omnes virtutes eius ministri
eius qui facitis voluntatem
eius Benedicite dño omnia opa
eius in omni loco dñacõis
eius benedic aĩa mea dño Gla
℟ Clamor meus ad te veniat dñs
Benedic anima mea dño
Dñe deus meus magnifica
tus es vehementer Confessio
nem et decorẽ induisti amictus
lumine sicut vestimento Ex
tendens celum sicut pellem
qui tegis aquis superiora eius
Qui ponis nubem ascensum
tuũ qui ambulas sup pennas
ventorum Qui facis angelos
tuos spiritus et ministros tuos
ignem urentem Qui funda
sti terram sup stabilitatẽ suam
nõ inclinabitur in sclm seculi
Abyssus sicut vestimentum
amictus eius sup montes
stabunt aque Ab increpa
cõne tua fugient a voce toni
trui tui formidabũt Ascen
dunt montes et descendunt
campi in locũ q̃ fundasti eis
Terminũ posuisti quem nõ
transgredientur neqȝ convertentur
operire terram Qui emittis fon
tes in convallibȝ inter medium
montiũ ptransibunt aque Pota
bunt omnes bestie agri expectabunt
onagri in siti sua Super ea
volucres celi habitabunt de medio
petrarum dabunt voces Rigans
montes de superioribȝ suis de fructu
operũ tuorũ satiabitur terra Pro
ducens fenũ iumentis et herbam
servituti hoĩm Ut educas pa
nem de terra et vinũ letificet cor ho
minis Ut exhilaret faciẽ in oleo
et panis cor hominis confirmet
Saturabuntur ligna campi et
cedri libani quas plantavit
illic passeres nidificabunt Hero
dii domus dux est eorum montes
excelsi cervis petra refugium herinaciis
Fecit lunam in tempore suo
sol cognovit occasum suum
Posuisti tenebras et facta ẽ nox
in ipsa ptransibunt omnes silve
Catuli leonũ rugientes ut
rapiant et querant a deo escam
sibi Ortus ẽ sol et congregati
sunt et in cubilibȝ suis collocabuntur
Exibit homo ad opus

suum et ad operationem suam usque
ad vesperum. Quam magnificata
sunt opera tua domine omnia
in sapientia fecisti impleta est terra
possessione tua. Hoc mare
magnum et spatiosum manibus
illic reptilia quorum non est numerus.
Animalia pusilla cum magnis
illic naves pertransibunt. Draco
iste quem formasti ad illudendum
ei omnia a te expectant ut des illis
escam in tempore. Dante te illis colli-
gent aperiente te manum tuam
omnia implebuntur bonitate.
Avertente autem te faciem turba-
buntur auferes spiritum eorum et de-
ficient et in pulverem suum revertentur.
Emitte spiritum tuum et creabuntur
et renovabis faciem terrae. Sit gloria
domini in seculum letabitur dominus
in operibus suis. Qui respicit terram
et facit eam tremere qui tangit
montes et fumigant. Cantabo
domino in vita mea psallam deo meo
quamdiu sum. Iocundum sit ei elo-
quium meum ego vero delectabor
in domino. Deficiant peccatores a ter-
ra et iniqui ita ut non sint ~~sicut autem~~
Benedic anima mea domino

Confitemini domino et
invocate nomen eius
annunciate inter gentes opera
eius. Cantate ei et psallite
ei narrate omnia mirabilia
eius. Laudamini in nomine
sancto eius letetur cor querentium
dominum. Querite dominum et confir-
mamini querite faciem eius semper.
Mementote mirabilium eius
que fecit prodigia eius et iudi-
cia oris eius. Semen Abraham
servi eius filii Iacob electi eius.
Ipse dominus deus noster in universa
terra iudicia eius. Memor fuit
in seculum testamenti sui verbi quod
mandavit in mille generationes.
Quod disposuit ad Abraham
et iuramenti sui ad Ysaac. Et
statuit illud Iacob in preceptum
et Israel in testamentum eternum. Di-
cens tibi dabo terram Chanaan fu-
niculum hereditatis vestre. Cum
essent in numero brevi
paucissimi et incole eius. Et
pertransierunt de gente ad gentem
et de regno ad populum alterum.
Non reliquit hominem nocere
eis et corripuit pro eis reges

Nolite tangere christos meos
et in prophetis meis nolite ma-
lignari. Et vocavit famem
super terram: et omne firmamentum
panis contrivit. Misit ante
eos virum: in servum venundatus
est Joseph. Humiliaverunt in
compedibus pedes eius: ferrum
pertransiit animam eius donec
veniret verbum eius. Eloquium
domini inflammavit eum:
misit rex et solvit eum princeps
populorum et dimisit eum. Consti-
tuit eum dominum domus sue:
et principem omnis possessionis
sue. Ut erudiret principes eius
sicut semetipsum: et senes eius
prudentiam doceret. Et intravit
Israel in Egyptum: et Iacob accola
fuit in terra Cham. Et auxit
populum suum vehementer: et firma-
vit eum super inimicos eius.
Convertit cor eorum ut odirent
populum eius: et dolum facerent in
servos eius. Misit Moysen
servum suum: Aaron quem elegit
ipsum. Posuit in eis verba si-
gnorum suorum: et prodigiorum in terra
Cham. Misit tenebras et

obscuravit: et non exacerbavit ser-
mones suos. Convertit aquas
eorum in sanguinem: et occidit pisces
eorum. Edidit terra eorum ranas in
penetralibus regum ipsorum. Dix-
it et venit cynomia: et cinifes in omnibus
finibus eorum. Posuit pluvias eorum
grandinem: ignem comburentem
in terra ipsorum. Et percussit vineas
ipsorum et ficulneas eorum: et contrivit
lignum finium eorum. Dixit et venit
locusta et bruchus cuius non erat
numerus. Et comedit omne fenum
in terra eorum: et comedit omnem
fructum terre eorum. Et percussit omne
primogenitum in terra eorum: primici-
as omnis laboris eorum. Et eduxit
eos cum argento et auro: et non
erat in tribubus eorum infirmus.
Letata est Egyptus in profectione
eorum: quia incubuit super eos timor eorum.
Expandit nubem in protectione
ipsorum: et ignem ut luceret eis per noctem.
Petierunt et venit coturnix: et
pane celi saturavit eos. Dis-
rupit petram et fluxerunt aque:
abierunt in sicco flumina. Quoniam
memor fuit verbi sancti sui quod habuit
ad Abraham puerum suum

Et eduxit populum suum in exultatione
et electos suos in leticia.
Et dedit illis regiones gentium
et labores populorum possederunt.
Ut custodiant iustificationes
eius et legem eius requirant. A[ntiphona]
Benedic anima mea domino. Visita.
Confitemini domino quoniam bonus
quoniam in seculum misericordia eius.
Quis loquetur potentias domini
auditas faciet omnes laudes eius.
Beati qui custodiunt iudicium et fa-
ciunt iusticiam in omni tempore.
Memento nostri domine in beneplaci-
to populi tui visita nos in salutari
tuo. Ad videndum in bonitate elec-
torum tuorum ad letandum in leticia
gentis tue ut lauderis cum hereditate
tua. Peccavimus cum patribus nostris
iniuste egimus iniquitatem fecimus.
Patres nostri in egypto non intellexe-
runt mirabilia tua non fuerunt
memores multitudinis misericordie tue.
Et irritaverunt ascendentes in mare
mare rubrum. Et salvavit eos propter
nomen suum ut notam faceret potentiam
suam. Et increpuit mare rubrum
et exsiccatum est et deduxit eos in
abyssis sicut in deserto. Et sal-

vavit eos de manu odientium
et redemit eos de manu inimici.
Et operuit aqua tribulantes
eos unus ex eis non remansit.
Et crediderunt verbis eius et
laudaverunt laudem eius. Cito
fecerunt obliti sunt operum eius
non sustinuerunt consilium eius.
Et concupierunt concupiscentiam
in deserto et temptaverunt deum in
inaquoso. Et dedit eis peti-
tionem ipsorum et misit saturitatem
in animas eorum. Et irritaverunt
moysen in castris aaron sanctum
domini. Aperta est terra et deglu-
tivit dathan et operuit super con-
gregationem abyron. Et exar-
sit ignis in synagoga eorum
flamma combussit peccatores.
Et fecerunt vitulum in oreb
et adoraverunt sculptile. Et mu-
taverunt gloriam suam in simili-
tudinem vituli comedentis
fenum. Obliti sunt deum qui
salvavit eos qui fecit mag-
nalia in egypto mirabilia in terra
cham terribilia in mari rubro.
Et dixit ut disperderet eos si non
moyses electus eius stetisset

in commotione in conspectu eius
Ut averteret iram eius ne dis-
perderet eos: et pro nichilo habue-
runt terram desiderabilem. Non
crediderunt verbo eius et murmura-
verunt in tabernaculis suis non
exaudierunt vocem domini. Et
elevavit manum suam super
eos ut prosterneret eos in deserto.
Et ut deiceret semen eorum in na-
tionibus et dispergeret eos in regio-
nibus. Et initiati sunt beelphegor et
comederunt sacrificia mortu-
orum. Et irritaverunt eum in ad-
inventionibus suis et multiplicata
est in eis ruina. Et stetit finees
et placavit et cessavit quassatio.
Et reputatum est ei in iusticiam
in generationem et generationem usque
in sempiternum. Et irritaverunt
ad aquas contradictionis et vexatus
est moyses propter eos quia exacerba-
verunt spiritum eius. Et distinxit
in labiis suis. Non disperdiderunt
gentes quas dixit dominus illis.
Et commixti sunt inter gentes et
didicerunt opera eorum et servierunt
sculptilibus eorum et factum est illis in
scandalum. Et immolaverunt

filios suos et filias suas demo-
niis. Et effuderunt sanguinem
innocentem sanguinem filiorum suorum
et filiarum suarum quas sacrificaverunt
sculptilibus chanaan.
Et infecta est terra in sangui-
nibus eorum et contaminata est in
operibus eorum et fornicati sunt in adinven-
tionibus suis. Et iratus est furore
dominus in populum suum et abhominatus
est hereditatem suam. Et tradidit
eos in manus gentium et dominati
sunt eorum qui oderunt eos. Et
tribulaverunt eos inimici eorum et
humiliati sunt sub manibus eorum
sepe liberavit eos. Ipsi autem exacer-
baverunt eum in consilio suo et
humiliati sunt in iniquitatibus
suis. Et vidit cum tribularentur
et audivit orationem eorum. Et memor
fuit testamenti sui et penituit
eum secundum multitudinem misericordie sue. Et
dedit eos in misericordias in conspectu
omnium qui ceperant eos. Salvos
fac nos domine et congrega nos de
nationibus. Ut confiteamur nomini
sancto tuo et gloriemur in laude tua.
Benedictus dominus deus israel a seculo et
usque in seculum et dicet omnis populus fiat fiat

Confitemini domino quoniam
bonus quoniam in seculum miseri-
cordia eius. Dicant nunc qui redempti
sunt a domino quos redemit de manu
inimici et de regionibus congrega-
vit eos. A solis ortu et occasu
ab aquilone et mari. Erraverunt
in solitudine in inaquoso viam
civitatis habitaculi non invenerunt. Esuri-
entes et sitientes anima eorum in
ipsis defecit. Et clamaverunt
ad dominum cum tribularentur et de necces-
sitatibus eorum eripuit eos. Et de-
duxit eos in viam rectam ut iret
in civitatem habitationis. Confite-
antur domino misericordie eius et mirabilia
eius filiis hominum. Quia satiavit
animam inanem et animam esurien-
tem satiavit bonis. Sedentes
in tenebris et umbra mortis vinc-
tos in mendicitate et ferro. Quia
exacerbaverunt eloquia dei et consilium
altissimi irritaverunt. Et humilia-
tum est in laboribus cor eorum in-
firmati sunt nec fuit qui adiuvaret.
Et clamaverunt ad dominum cum tribu-
larentur et de necessitatibus eorum li-
beravit eos. Et eduxit eos de
tenebris et umbra mortis et vincula

eorum disrupit. Confiteantur
domino misericordie eius et mirabilia
eius filiis hominum. Quia con-
trivit portas ereas et vectes
ferreos confregit. Suscepit
eos de via iniquitatis eorum;
propter iniusticias enim suas humi-
liati sunt. Omnem escam ab-
hominata est anima eorum et
appropinquaverunt usque ad portas
mortis. Et clamaverunt ad
dominum cum tribularentur et de necces-
sitatibus eorum liberavit eos. Mi-
sit verbum suum et sanavit eos et
eripuit eos de interitionibus eorum.
Confiteantur domino misericordie eius
et mirabilia eius filiis hominum.
Et sacrificent sacrificium laudis
et annuntient opera eius in exultatione.
Qui descendunt mare in navibus
facientes operationem in aquis multis.
Ipsi viderunt opera domini et mira-
bilia eius in profundo. Dixit
et stetit spiritus procelle et exaltati
sunt fluctus eius. Ascendunt
usque ad celos et descendunt usque
ad abyssos anima eorum in
malis tabescebat. Turbati sunt
et moti sunt sicut ebrius et omnis

sapientia eorum devorata est. Et clamaverunt ad dominum cum tribularentur: et de necessitatibus eorum eduxit eos. Et statuit procellam eius in auram: et siluerunt fluctus eius. Et letati sunt quia siluerunt: et deduxit eos in portum voluntatis eorum. Confiteantur domino misericordie eius: et mirabilia eius filiis hominum. Et exaltent eum in ecclesia plebis: et in cathedra seniorum laudent eum. Posuit flumina in desertum: et exitus aquarum in sitim. Terram fructiferam in salsuginem: a malicia inhabitantium in ea. Posuit desertum in stagna aquarum: et terram sine aqua in exitus aquarum. Et collocavit illic esurientes: et constituerunt civitatem habitationis. Et seminaverunt agros et plantaverunt vineas: et fecerunt fructum nativitatis. Et benedixit eis et multiplicati sunt nimis: et iumenta eorum non minoravit. Et pauci facti sunt: et vexati sunt a tribulatione malorum et dolore. Effusa est contemptio super principes eius: et errare fecit eos in invio et non in via. Et adiuvit pauperem de inopia: et posuit sicut oves familias. Videbunt recti et letabuntur: et omnis iniquitas oppilabit os suum. Quis sapiens et custodiet hec: et intelliget misericordias domini. Gloria. Ant. Visita nos domine in salutari tuo. Ps. Confitebor domino.

Paratum cor meum deus paratum cor meum: cantabo et psallam in gloria mea. Exurge gloria mea exurge psalterium et cythara: exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis domine: et psallam tibi in nationibus. Quia magna est super celos misericordia tua: et usque ad nubes veritas tua. Exaltare super celos deus: et super omnem terram gloria tua: ut liberentur dilecti tui. Salvum fac dextera tua et exaudi me: deus locutus est in sancto suo. Exultabo et dividam sicimam: et convallem tabernaculorum dimetiar. Meus est galaad et meus est manasses: et effraym susceptio capitis mei. Iuda rex meus: moab lebes spei mee. In ydumeam extendam calciamentum meum: michi alienigene amici facti sunt.

Quis deducet me in civitatem
munitam aut quis deducet me
usque in ydumeam. Nonne tu
deus qui repulisti nos et non egredieris
deus in virtutibus nostris. Da nobis
auxilium de tribulacione quia vana
est salus hominis. In deo facie-
mus virtutem et ipse ad nichilum
deducet tribulantes nos. Psalmus.

Deus laudem meam ne
tacueris quia os peccatoris et
os dolosi super me apertum est. Lo-
cuti sunt adversum me lingua do-
losa et sermonibus odii circumdede-
runt me et expugnaverunt me
gratis. Pro eo ut me diligerent
detrahebant michi ego autem orabam.
Et posuerunt adversum me ma-
la pro bonis et odium pro dilectione
mea. Constitue super eum pecca-
torem et dyabolus stet a dextris eius.
Cum iudicatur exeat condemp-
natus et oracio eius fiat in peccatum.
Fiant dies eius pauci et episcopatum
eius accipiat alter. Fiant filii
eius orphani et uxor eius vi-
dua. Nutantes transferantur fi-
lii eius et mendicent et eiciantur
de habitacionibus suis. Scrutetur
fenerator omnem substanciam
eius et diripiant alieni labores
eius. Non sit illi adiutor nec
sit qui misereatur pupillis eius.
Fiant nati eius in interitum in
generacione una deleatur nomen
eius. In memoriam redeat
iniquitas patrum eius in conspectu
domini et peccatum matris eius non dele-
atur. Fiant contra dominum semper
et dispereat de terra memoria eorum
pro eo quod non est recordatus facere
misericordiam. Et persecutus est hominem
inopem et mendicum et conpunc-
tum corde mortificare. Et
dilexit maledictionem et veniet
ei et noluit benedictionem et elon-
gabitur ab eo. Et induit
maledictionem sicut vestimen-
tum et intravit sicut aqua in
interiora eius et sicut oleum in
ossibus eius. Fiat ei sicut
vestimentum quo operitur et sicut
zona qua semper precingitur.
Hoc opus eorum qui detrahunt
michi apud dominum et qui loquuntur
mala adversus animam meam.
Et tu domine domine fac mecum
propter nomen tuum quia suavis est

mea. Libera me quia egenus et pauper sum ego et cor meum conturbatum est intra me. Sicut umbra cum declinat ablatus sum, et excussus sum sicut locuste. Genua mea infirmata sunt a ieiunio et caro mea immutata est propter oleum. Et ego factus sum opprobrium illis, viderunt me et moverunt capita sua. Adiuva me domine deus meus salvum me fac secundum misericordiam tuam. Ut sciant quia manus tua hec tu domine fecisti eam. Maledicent illi et tu benedices, qui insurgunt in me confundantur, servus autem tuus letabitur. Induantur qui detrahunt mihi pudore et operiantur sicut diploide confusione sua. Confitebor domino nimis in ore meo et in medio multorum laudabo eum. Qui astitit a dextris pauperis ut salvam faceret a persequentibus animam meam. Gloria. Ant. Confitebor domino nimis in ore meo. V. Domine exaudi orationem meam. Et clamor. Laudes. Benigne fac domine in bona voluntate tua. Ps. Miserere. Ant. Bonum est confiteri domino. Ps. Bonum. Ant. Cantemus

dominum omnis fines terre. Ps. Deus deus. Ps. Audite celi que loquor, audiat terra verba oris mei. Concrescat in pluvia doctrina mea, fluat ut ros eloquium meum. Quasi imber super herbam et quasi stille super gramina. Quia nomen domini invocabo. Date magnificentiam deo nostro, dei perfecta sunt opera et omnes vie eius iudicia. Deus fidelis et absque ulla iniquitate, iustus et rectus. Peccaverunt ei et non filii eius in sordibus. Generatio prava atque perversa, hec reddis domino, popule stulte et insipiens. Numquid non ipse est pater tuus qui possedit te et fecit et creavit te. Memento dierum antiquorum, cogita generationes singulas. Interroga patrem tuum et annuntiabit tibi, maiores tuos et dicent tibi. Quando dividebat altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel. Pars autem domini populus eius, Iacob funiculus hereditatis eius. Invenit eum in terra deserta, in loco horroris et vaste solitudinis. Circumduxit eum et docuit et custodivit quasi pupillam oculi sui.

Sicut aquila provocans ad volandum pullos suos et super eos volitans. Expandit alas suas et assumpsit eos atque portavit in humeris suis. Dominus solus dux eius fuit et non erat cum eo deus alienus. Constituit eum super excelsam terram ut comederet fructus agrorum. Ut sugeret mel de petra: oleumque de saxo durissimo. Butyrum de armento et lac de ovibus cum adipe agnorum et arietum filiorum basan. Et hyrcos cum medulla tritici et sanguinem uve biberet meracissimum. Incrassatus est dilectus et recalcitravit. Incrassatus impinguatus dilatatus. Dereliquit deum factorem suum et recessit a deo salutari suo. Provocaverunt eum in diis alienis et in abhominationibus ad iracundiam concitaverunt. Immolaverunt demoniis et non deo, diis quos ignorabant. Novi recentesque venerunt quos non coluerunt patres eorum. Deum qui te genuit dereliquisti et oblitus es domini creatoris tui. Vidit dominus et ad iracundiam concitatus est quia provocaverunt eum filii sui et filie:

Et ait. Abscondam faciem meam ab eis et considerabo novissima eorum. Generatio enim perversa est et infideles filii. Ipsi me provocaverunt in eo qui non erat deus et irritaverunt in vanitatibus suis. Et ego provocabo eos in eo qui non est populus et in gente stulta irritabo illos. Ignis succensus est in furore meo et ardebit usque ad inferni novissima. Devorabitque terram cum germine suo et montium fundamenta comburet. Congregabo super eos mala et sagittas meas complebo in eis. Consumentur fame et devorabunt eos aves morsu amarissimo. Dentes bestiarum immittam in eos cum furore trahentium super terram atque serpentium. Foris vastabit eos gladius et intus pavor. Iuvenem simul et virginem lactantem cum homine sene. Et dixi: ubi nam sunt? Cessare faciam ex hominibus memoriam eorum. Sed propter iram inimicorum distuli ne forte superbirent

hostes eorum. Et dicerent manus nostra excelsa et non dominus fecit omnia. Gens absque consilio et sine prudentia utinam saperent et intelligerent ac novissima providerent. Quomodo persequetur unus mille et duo fugarent decem millia. Nonne quia deus suus vendidit eos et dominus conclusit illos. Non enim est deus noster ut dii eorum et inimici nostri sunt iudices. De vinea sodomorum vinea eorum et de suburbanis gomorre. Uva eorum uva fellis et botrus amarissimus. Fel draconum vinum eorum et venenum aspidum insanabile. Nonne hec condita sunt apud me et signata in thesauris meis. Mea est ultio et ego retribuam in tempore ut labatur pes eorum. Iuxta est dies perditionis et adesse festinant tempora. Iudicabit dominus populum suum et in servis suis miserebitur. Videbit quod infirmata sit manus et clausi quoque defecerunt residuique consumpti sunt. Et dicent ubi sunt dii eorum in quibus habebant fiduciam. De quorum victimis comedebant adipes et bibebant vinum libaminum. Surgant et opitulentur vobis et in necessitate vos protegant. Videte quod ego sim solus et non sit deus alius preter me. Ego occidam et ego vivere faciam percutiam et ego sanabo et non est qui de manu mea possit eruere. Levabo ad celum manum meam et dicam vivo ego in eternum. Si acuero ut fulgur gladium meum et arripuerit iudicium manus mea. Reddam ultionem hostibus meis et hiis qui oderunt me retribuam. Inebriabo sagittas meas sanguine et gladius meus devorabit carnes. De cruore occisorum et de captivitate nudati inimicorum capitis. Laudate gentes populum eius quia sanguinem servorum suorum ulciscetur. Et vindictam retribuet in hostes eorum et propicius erit terre populi sui. An. Et in sinu suo ...

Ad ... laudate dominum

A. ... Ps. Laudate. V.

Aspergit ... dies ... lucis refulsit ...
... liberavit. A. ...
... tenebris ...

tenebris horrendum noctis incidere culpe cadat. Ut mane illud ultimum quod prestolamur cum omnibus in lucem nobis prosiliat dum hec ex amore conceperit. Presta pater pyssime. V. Repleti sumus mane misericordia tua. Exultavimus et delectati sumus. Aña. Illuminare domine his qui in tenebris sedent et dirige pedes nostros in viam pacis deus israel. Benedictus. Aña. Dixit dominus

Dixit dominus domino meo: sede a dextris meis. Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum. Virgam virtutis tue emittet dominus ex syon dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principium in die virtutis tue in splendoribus sanctorum ex utero ante luciferum genui te. Iuravit dominus et non penitebit eum tu es sacerdos in eternum secundum ordinem melchisedech. Dominus a dextris tuis confregit in die ire sue reges. Iudicabit in nationibus implebit ruinas conquassabit capita in terra multorum. De torrente in via bibet propterea exaltabit caput. Gloria. Dixit dominus domino meo sede a dextris meis. Aña. Fidelia omnia

Confitebor tibi domine in toto corde meo: in consilio iustorum et congregatione. Magna opera domini: exquisita in omnes voluntates eius. Confessio et magnificentia opus eius: et iustitia eius manet in seculum seculi. Memoriam fecit mirabilium suorum misericors et miserator dominus escam dedit timentibus se. Memor erit in seculum testamenti sui: virtutem operum suorum annunciabit populo suo. Ut det illis hereditatem gentium opera manuum eius veritas et iudicium. Fidelia omnia mandata eius confirmata in seculum seculi facta in veritate et equitate. Redemptionem misit dominus populo suo mandavit in eternum testamentum suum. Sanctum et terribile nomen eius: initium sapientie timor domini. Intellectus bonus omnibus facientibus eum laudatio eius manet in

seculum seculi Gloria an.
Fidelia omnia mandata eius con
firmata in seculum seculi. an. Iocunditas
Beatus vir qui timet
dominum in mandatis eius
volet nimis Potens in
terra erit semen eius generatio
rectorum benedicetur Gloria et divitie
in domo eius et iusticia eius
manet in seculum seculi Exortum
est in tenebris lumen rectis
corde misericors et miserator
et iustus Iocundus homo
qui miseretur et commodat dispo
net sermones suos in iudicio
quia in eternum non commovebitur
In memoria eterna erit iustus
ab auditione mala non time
bit Paratum cor eius sperare in
domino confirmatum est cor eius
non commovebitur donec despiciat
et inimicos suos Dispersit
dedit pauperibus iusticia eius
manet in seculum seculi cornu eius
exaltabitur in gloria Peccator
videbit et irascetur dentibus suis
fremet et tabescet desiderium
peccatorum peribit Gloria an. In
mandatis eius volet nimis ps.

Laudate pueri dominum
laudate nomen domini Sit
nomen domini benedictum ex hoc nunc
et usque in seculum A solis ortu usque
ad occasum laudabile nomen
domini Excelsus super omnes
gentes dominus et super celos gloria
eius Quis sicut dominus deus noster
qui in altis habitat et humilia res
picit in celo et in terra Suscitans
a terra inopem et de stercore erigens
pauperem Ut collocet eum cum
principibus cum principibus populi sui
Qui habitare facit sterilem in
domo matrem filiorum letantem
Sit nomen domini benedictum in secula [illegible]
In exitu Israel de egypto domus
iacob de populo barbaro Facta
est iudea sanctificatio eius Israel po
testas eius Mare vidit et fugit
iordanis conversus est retrorsum
Montes exultaverunt ut arietes
et colles sicut agni ovium Quid
est tibi mare quod fugisti et tu
iordanis quia conversus es retrorsum
Montes exultastis sicut arie
tes et colles sicut agni ovium
A facie domini mota est terra a facie
dei iacob Qui convertit petram

in stagna aquarum et rupem in
fontes aquarum. Non nobis
domine non nobis sed nomini tuo da
gloriam. Super misericordia tua et veritate
tua nequando dicant gentes ubi
est deus eorum. Deus autem noster
in celo omnia quecumque voluit
fecit. Simulacra gentium argentum
et aurum opera manuum hominum.
Os habent et non loquentur oculos
habent et non videbunt. Aures habent
et non audient nares habent et non
odorabunt. Manus habent et non
palpabunt pedes habent et non am
bulabunt [non clamabunt] in gutture suo. Si
miles illis fiant qui faciunt ea et
omnes qui confidunt in eis. Do
mus israel speravit in domino adiutor
eorum et protector eorum est. Domus
aaron speravit in domino adiutor eo
rum et protector eorum est. Qui timent
dominum speraverunt in domino adiutor
eorum et protector eorum est. Dominus memor
fuit nostri et benedixit nobis. Benedixit
domui israel benedixit domui
aaron. Benedixit omnibus qui
timent dominum pusillis cum maioribus.
Adiciat dominus super vos super
vos et super filios vestros. Benedicti

vos domino qui fecit celum
et terram. Celum celi domino terram
autem dedit filiis hominum. Non
mortui laudabunt te domine
neque omnes qui descendunt
in infernum. Sed nos qui vi
vimus benedicimus domino ex hoc
nunc et usque in seculum. Gloria
Domus iacob de populo barbaro
Dominus autem dirigat
corda nostra in caritate
dei et in paciencia christi. Et.
Lucis creator optime ymnus
Lucem dierum proferens primordiis
lucis nove mundi parans originem
Qui mane iunctum vesperi diem vo
cari precipis tetrum chaos illabitur
audi preces cum fletibus. Ne mens
gravata crimine vite sit exul munere
dum nil perhenne cogitat seseque culpis
illigat. Celorum pulset intimum
vitale tollat premium vitemus omne
noxium purgemus omne pessimum.
Presta pater piissime. versus Dirigatur domine
oratio mea. Sicut incensum
in conspectu tuo. feria ii Invitatorium
Dilexi quoniam exaudiet do
minus vocem orationis
mee. Quia inclinavit

aurem suam mihi: et in diebus meis invocabo. Circumdederunt me dolores mortis: et pericula inferni invenerunt me. Tribulationem et dolorem inveni: et nomen domini invocavi. O domine libera animam meam: misericors dominus et iustus: et deus noster miseretur. Custodiens parvulos dominus: humiliatus sum et liberavit me. Convertere anima mea in requiem tuam: quia dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte: oculos meos a lacrimis: pedes meos a lapsu. Placebo domino in regione vivorum. Gloria. Antiphona. Inclinavit dominus aurem suam mihi. Antiphona. Credidi.

Credidi propter quod locutus sum: ego autem humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo: omnis homo mendax. Quid retribuam domino: pro omnibus que retribuit mihi. Calicem salutaris accipiam: et nomen domini invocabo. Vota mea domino reddam coram omni populo eius: preciosa est in conspectu domini mors sanctorum eius. O domine quia ego servus tuus: ego servus tuus et filius ancille tue. Dirupisti domine vincula mea: tibi sacrificabo hostiam laudis: et nomen domini invocabo. Vota mea domino reddam in conspectu omnis populi eius: in atriis domus domini in medio tui Jerusalem. Gloria. Antiphona. Credidi propter quod locutus sum. Antiphona. Laudate.

Laudate dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: et veritas domini manet in eternum. Gloria. Antiphona. Laudate dominum omnes gentes. Ymnus ad primam.

Iam lucis orto sidere deum precemur supplices: ut in diurnis actibus nos servet a nocentibus. Linguam refrenans temperet ne litis horror insonet: visum fovendo contegat ne vanitates hauriat. Sint pura cordis intima absistat et vecordia: carnis terat superbiam potus cibique parcitas. Ut cum dies abscesserit noctemque sors reduxerit: mundi per abstinentiam ipsi canamus gloriam.

Deo patri sit gloria eius quoque soli filio

Confitemini domino quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nunc israel quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nunc domus aaron quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius. Dicant qui timent dominum quoniam bonus quoniam in seculum misericordia eius. De tribulatione invocavi dominum et exaudivit me in latitudine dominus. Dominus michi adiutor non timebo quid faciat michi homo. Dominus michi adiutor et ego despiciam inimicos meos. Bonum est confidere in domino quam confidere in homine. Bonum est sperare in domino quam sperare in principibus. Omnes gentes circuierunt me et in nomine domini quia ultus sum in eos. Circumdantes circumdederunt me et in nomine domini quia ultus sum in eos. Circumdederunt me sicut apes et exarserunt sicut ignis in spinis et in nomine domini quia ultus sum in eos. Impulsus eversus sum ut caderem et dominus suscepit me. Fortitudo mea et laus mea dominus et factus est michi in salutem. Vox exultationis et salutis in tabernaculis iustorum. Dextera domini fecit virtutem dextera domini exaltavit me dextera domini fecit virtutem. Non moriar sed vivam et narrabo opera domini. Castigans castigavit me dominus et morti non tradidit me. Aperite michi portas iusticie ingressus in eas confitebor domino hec porta domini iusti intrabunt in eam. Confitebor tibi quoniam exaudisti me et factus es michi in salutem. Lapidem quem reprobaverunt edificantes hic factus est in caput anguli. A domino factum est istud et est mirabile in oculis nostris. Hec est dies quam fecit dominus exultemus et letemur in ea. O domine salvum me fac o domine bene prosperare benedictus qui venturus est in nomine domini. Benediximus vobis de domo domini deus dominus et illuxit nobis. Constituite diem sollempnem in condensis usque ad cornu altaris.

(margin: domus; est)

Deus meus es tu et confi
tebor tibi deus meus es tu et ex
altabo te Confitebor tibi
quoniam exaudisti me et factus
es mihi in salutem Confite
mini domino quoniam bonus quoniam in seculum
misericordia eius Gloria

Beati immaculati in via
qui ambulant in
lege domini Beati qui scrutantur
testimonia eius in toto cor
de exquirunt eum Non enim
qui operantur iniquitatem
in viis eius ambulaverunt
Tu mandasti mandata
tua custodiri nimis Utinam
dirigantur vie mee ad custo
diendas iustificationes tuas
Tunc non confundar cum
perspexero in omnibus mandatis
tuis Confitebor tibi in di
rectione cordis quod didici
iudicia iusticie tue Iustifi
cationes tuas custodiam
non me derelinquas usque
quaque In quo corrigit ado
lescentior viam suam in
custodiendo sermones tuos
In toto corde meo exquisivi
te ne repellas me a mandatis
tuis In corde meo abscondi
eloquia tua ut non peccem tibi
Benedictus es domine doce
me iustificationes tuas In
labiis meis pronunciavi omnia
iudicia oris tui In via testi
moniorum tuorum delectatus sum
sicut in omnibus diviciis In
mandatis tuis exercebor et consi
derabo vias tuas In iustifica
tionibus tuis meditabor non obli
viscar sermones tuos Gloria

Retribue servo tuo vivi
fica me et custodiam sermones
tuos Revela oculos meos et
considerabo mirabilia de lege
tua Incola ego sum in terra non
abscondas a me mandata tua
Concupivit anima mea de
siderare iustificationes tuas in
omni tempore Increpasti superbos
maledicti qui declinant a manda
tis tuis Aufer a me obprobrium
et contemptum quia testimonia
tua exquisivi Etenim sederunt
principes et adversum me loque
bantur servus autem tuus exercebatur
in iustificationibus tuis Nam

⁊ testimonia tua meditacõ mea
est ⁊ consiliũ meũ iustificaciones
tue. Adhesit pauimento aĩa
mea uiuifica me scdm ũbum
tuũ. Vias meas enunciaui
⁊ exaudisti me doce me iustifi
cacões tuas. Viam iustifi
cacõnũ tuarꝫ instrue me ⁊ exe
bor in mirabilibꝫ tuis. Dor
mitauit anima mea p̃tedio
confirma me in ũbis tuis. Viã
iniquitatis amoue a me ⁊ de
lege tua miserẽ mei. Viam
ueritatis elegi ⁊ iudicia tua nõ
sum oblitus. Adhesi testimo
niis tuis dñe noli me cõfũdẽ.
Viam mandatorꝫ tuorꝫ cucurri
cum dilatasti cor meũ. Gloria

Quicumqꝫ uult saluus
esse ante omnia opus
est ut teneat katholicam fidem.
Quam nisi quisqꝫ integram
inuiolatamqꝫ seruauit absqꝫ
in eternũ peribit. Fides autem
catholica hec est ut unũ deum
in trinitate ⁊ trinitatem in unitate
ueneremur. Neqꝫ confundentes
psonas neqꝫ substanciã sepan
tes. Alia est enĩ psona pris
alia filii alia spũs sancti.
Sed pris ⁊ filii ⁊ spũs sancti
una est diuinitas equal'
gloria coeterna maiestas. Q
ualis pr̃ talis filius talis
spũs sanctus. Increatus
pr̃ increatus filius increat'
spũs scs. Inmensus pater
inmensus filius inmens'
spũs sanctus. Eternus pr̃
eternus filius eternus spũs scs.
Et tamẽ nõ tres eterni sed
un' etern'. Sicut nõ tres i
creati nec tres inmensi sꝫ
unus increat' ⁊ unus inmẽs'.
Similit̃ omnipotẽs pater
omĩpt̃ filius oĩpt̃ spũs scs. b
Ita deus pater deus filius deus
spũs scs. Et tñ nõ dii sed un'
est deus. Ita dñs pater dñs
filius dñs spũs sanctus.
Et tamen nõ tres dñi sꝫ
unus ẽ dominus. Quia
sicut sigillatim unamquãqꝫ
psonam deũ aut dominũ
confiteri xpiana ueritate cõ
pellimur ita tres deos aut do
minos dicẽ catholica reli
gione phibemur. Pater

a Et tñ nõ tres omnipotentes
sed unus omps

a nullo est factus nec creatus nec genitus. Filius a patre solo est non factus nec creatus sed genitus. Spiritus sanctus a patre et filio non factus nec creatus nec genitus sed procedens. Unus ergo pater non tres patres unus filius non tres filii unus spiritus sanctus non tres spiritus sancti. Et in hac trinitate nichil prius aut posterius nichil maius aut minus sed tote tres persone coeterne sibi sunt et coequales. Ita ut per omnia sicut iam supra dictum est et unitas in trinitate et trinitas in unitate veneranda sit. Qui vult ergo salvus esse ita de trinitate senciat. Sed necessarium est ad eternam salutem ut incarnacionem quoque domini nostri ihesu christi fideliter credat. Est ergo fides recta ut credamus et confiteamur quia dominus noster ihesus christus dei filius deus et homo est. Deus est ex substancia patris ante secula genitus et homo ex substancia matris in seculo natus. Perfectus deus perfectus homo ex anima racionali et humana carne subsistens. Equalis patri secundum divinitatem minor patre secundum humanitatem. Qui licet deus sit et homo non duo tamen sed unus est christus. Unus autem non conversione divinitatis in carne sed assumpcione humanitatis in deo. Unus omnino non confusione substancie sed unitate persone. Nam sicut anima racionalis et caro unus est homo ita deus et homo unus est christus. Qui passus est pro salute nostra descendit ad inferos tercia die resurrexit a mortuis. Ascendit ad celos sedet ad dexteram dei patris omnipotentis inde venturus est iudicare vivos et mortuos. Ad cuius adventum omnes homines resurgere habent cum corporibus suis et reddituri sunt de factis propriis racionem. Et qui bona egerunt ibunt in vitam eternam qui vero mala in ignem eternum. Hec est fides katholica quam nisi quisque fideliter firmiterque crediderit salvus esse non poterit. Gloria. Antiphona. Benedicat nos deus pater custodiat nos ihesus christus

illuminet nos spiritus sanctus omnibus
diebus vite nostre confirmet nos virtus christi
intercedentibus omnibus sanctis suis
indulgeat nobis universa delicta nostra
Domine miserere nostri te enim
expectavimus esto brachium
nostrum in mane et salus nostra in tempore
tribulacionis. V. R. Christe fili
dei vivi miserere nobis. V. Qui sedes ad
dexteram patris miserere. Gloria patri. Christe f.
Exurge christe adiuva nos Et libera. An.
Tu mandasti mandata tua cus-
todire nimis. Kyriel. Christel. Kyriel.
Pater noster. Et ne nos. Vivet anima
mea et laudabit te Et iudicia tua ad-
iuvabunt me. Erravi sicut ovis que
periit. Quere servum tuum quia mandata
tua non sum quia mandata oblitus
Credo in deum patrem. Carnis resurrectionem
Et vitam eternam Amen. Et ego
ad te domine clamavi Et mane oratio
mea preveniat te. + Domine averte faciem
tuam a peccatis meis et omnes iniquitates
meas dele. Cor mundum crea in me
deus Et spiritum sanctum innova in visceribus
meis. Ne proicias me a facie tua Et
spiritum sanctum tuum ne auferas a me. V.
Redde michi leticiam salutaris tui Et
spiritu principali confirma me. Eripe me

+ Repleatur os meum laude tua ut cantem
gloriam tuam et magnitudinem tuam

domine ab homine malo A viro
iniquo eripe me. Eripe me de in-
imicis meis deus meus Et ab in-
surgentibus in me libera me. Eripe
me de operantibus iniquitatem Et de
viris sanguinum salva me. Sic
psalmum dicam nomini tuo in seculum
seculi Ut reddam vota mea de die
in diem. Exaudi nos deus sa-
lutaris noster. Spes omnium finium terre et
in mari longe. Deus in adiu-
torium meum intende. Domine ad ad-
iuvandum me festina. Sancte deus
sancte fortis sancte et immortalis deus
miserere nobis. Benedic anima
mea domino Et omnia que intra me
sunt nomini sancto [eius]. Benedic anima
mea domino et noli oblivisci omnes
retribuciones tuas [eius]. Qui propiciatur
omnibus iniquitatibus tuis. Qui
sanat omnes infirmitates tuas
Qui redimit de interitu vitam
tuam Qui coronat te in misericordia et mi-
seracionibus. Qui replet in bonis
desiderium tuum Renovabitur ut aquile
iuventus tua. Confirmet et consoletur
nos filius virginis Amen. Dignare domine
die isto Sine peccato nos custodire.
Miserere nostri domine miserere nostri

Fiat misericordia tua domine super nos. Quemadmodum sperauimus in te. Sacerdotes tui induantur iusticia. Et sancti tui exultent. Domine deus uirtutum conuerte nos. Ostende faciem tuam et salui erimus.

Domine exaudi orationem meam. Et clamor meus ad te ueniat. Dominus uobiscum.

In hac prima hora huius diei tua nos quesumus domine reple misericordia et presta ut per hunc totum diem exultantes in tuis laudibus delectemur. Ueritas tua quesumus domine luceat in cordibus nostris et omnis falsitas nunquam destruatur. Domine sancte omnipotens eterne deus qui nos peccatores ad principium huius diei non nostris meritis sed tua sanctissima gratia peruenire fecisti tua nos sanctitate salua et adiuua uirtute et conuerte ut in hac die et in aliis diebus ad nullum declinemus mortale peccatum nec ullum incurramus mortis periculum nec uite scandalum sed semper ad tuam iusticiam faciendam nostra procedant eloquia dirigantur simul cogitationes et opera. Per. Dominus uobiscum. Et

Benedicamus domino. Deo gratias. V. Preciosa in conspectu domini mors sanctorum eius. Exultabunt sancti in gloria. Letabuntur in cubilibus suis. Speciosa facta es et suauis in deliciis tuis sancta dei genitrix. Oremus.

Sanctissima et gloriosissima semper uirgo maria mater domini nostri ihesu christi cum omnibus sanctis et electis dei intercedere digneris pro nobis peccatoribus ad dominum deum nostrum omnipotentem ut nos mereamur ab eo adiuuari saluari liberari atque ab omni malo defendi. Qui in trinitate. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Deus in adiutorium. Domine ad adiuuandum. Deus pie fortis et clemens in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri. Kyrieleison. Christe eleison. Kyrieleison. Pater noster. Et ne nos. Respice in seruos tuos et in opera tua. Et sit splendor domini dei nostri super nos et opera manuum nostrarum dirige super nos et opus manuum nostrarum dirige. Oremus. Oratio.

Dirigere et sanctificare et custodire digneris domine sancte pater omnipotens eterne deus rex celi et terre hodie et cotidie corda et corpora nostra sensus sermones et actus in lege sancta tua et in omnibus operibus

mandatorum tuorum ut possimus
placere conspectui tuo et ausen
tibi bonum committere. nobis ad
diligendos proximos nostros in vita
partis salutis proficiens sanc
salutem et adiumenta benedic et sanctifica
tuimus quia tu es vivus deus qui
es benedictus in secula seculorum. Amen.
Pone domine custodiam ori meo et
hostium circumstancie labiis meis. Non
declines cor meum in verba malicie ad ex
cusandas excusationes in peccatis. Oremus.
Dextera dei patris defendat nos ab omnibus
malis. Amen. Assiduitate et impresentia mor
talitatis nos deus. Gratia domini nostri Ihesu
Christi et caritas dei patris et communicatio
sancti spiritus et defensio sancte crucis sit sem
per cum omnibus nobis. Tu autem domine mi
serere nobis. Deo gratias. ymnus ad terciam

Nunc sancte nobis spiritus unum patri cum
filio ~~sed~~ dignare promptus ingeri
nostro refusus pectori. Os lingua mens
sensus vigor confessionem personent flam
mescat igne caritas accendat ardor pro
ximos. Presta pater piissime patrique compar

Legem pone michi domine viam
iustificationum tuarum et exqui
ram eam semper. Da michi intellectum
et scrutabor legem tuam et custodiam

illam in toto corde meo. Deduc
me domine in semitam manda
torum tuorum quia ipsam volui. In
clina cor meum in testimonia
tua et non in avariciam. Aver
te oculos meos ne videant
vanitatem in via tua vivifi
ca me. Statue servo tuo
eloquium tuum in timore tuo.
Amputa obprobrium meum
quod suspicatus sum quia
iudicia tua iocunda. Ecce
concupivi mandata tua in
equitate tua vivifica me.
Et veniat super me misericordia tua
domine salutare tuum secundum elo
quium tuum. Et respondebo
exprobrantibus michi verbum quia
speravi in sermonibus tuis.
Et ne auferas de ore meo
verbum veritatis usquequaque
quia in iudiciis tuis super
speravi. Et custodiam legem
tuam semper in seculum et in seculum
seculi. Et ambulabam in la
titudine quia mandata tua
exquisivi. Et loquebar
de testimoniis tuis in con
spectu regum et non confundebar.

Et meditabar in mandatis tuis que dilexi. Et levavi manus meas ad mandata tua que dilexi et exercebar in iustificationibus tuis.

Memor esto verbi tui servo tuo in quo michi spem dedisti. Hec me consolata est in humilitate mea quia eloquium tuum vivificavit me. Superbi inique agebant usquequaque a lege autem tua non declinavi. Memor fui iudiciorum tuorum a seculo domine et consolatus sum. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legem tuam. Cantabiles michi erant iustificationes tue in loco peregrinationis mee. Memor fui in nocte nominis tui domine et custodivi legem tuam. Hec facta est michi quia iustificationes [tuas] exquisivi. Portio mea domine dixi custodire legem tuam. Deprecatus sum faciem tuam in toto corde meo miserere mei secundum eloquium tuum. Cogitavi vias meas et converti pedes meos in testimonia tua. Paratus sum et non sum turbatus ut custodiam mandata tua. Funes peccatorum circumplexi sunt me et legem tuam non sum oblitus. Media nocte surgebam ad confitendum tibi super iudicia iustificationis tue. Particeps sum ego omnium timentium te et custodientium mandata tua. Misericordia domini plena est terra iustificationes tuas doce me. ps

Bonitatem fecisti cum servo tuo domine secundum verbum tuum. Bonitatem et disciplinam et scientiam doce me quia mandatis tuis credidi. Priusquam humiliarer ego deliqui propterea eloquium tuum custodivi. Bonus es tu et in bonitate tua doce me iustificationes tuas. Multiplicata est super me iniquitas superborum ego autem in toto corde meo scrutabor mandata tua. Coagulatum est sicut lac cor eorum ego vero legem tuam meditatus sum. Bonum michi quia humiliasti me ut discam iustificationes tuas. Bonum michi lex oris tui super milia

auri et argenti. Manus tue do-
fecerunt me et plasmaverunt
me: da michi intellectum ut discam
mandata tua. Qui timent
te videbunt me et letabuntur
quia in verba tua supersperavi. Co-
gnovi domine quia equitas iudicia
tua et in veritate tua humiliasti me.
Fiat misericordia tua ut consoletur
me secundum eloquium tuum servo tuo. Veni-
ant michi miserationes tue et
vivam quia lex tua meditatio
mea est. Confundantur
superbi quia iniuste iniquitatem
fecerunt in me ego autem exer-
cebor in mandatis tuis. Conver-
tantur michi timentes te et qui no-
verunt testimonia tua. Fi-
at cor meum immaculatum in
iustificationibus tuis ut non
confundar. Gloria. Ant. Adesto deus
unus omnipotens pater et filius et spiritus sanctus.
V. Iudica cor meum deus in testimonia
tua. V. Ante oculos meos reniteat
veritatem. Invitat. Gloria patri. Iudi-
V. Ego dixi domine miserere mei. Sana
animam meam quia peccavi tibi. Antiphona
ferialibus diebus. Deduc me do-
mine in semitam mandatorum tuorum. Cap.

Sana me domine et sa-
nabor: salvum me fac
et salvus ero quoniam laus mea
tu es. R. Sana animam
meam quia peccavi tibi. V. Ego dixi domine
miserere mei quia peccavi. Gloria patri.
Sana. Adiutor noster esto deus ne
derelinquas me neque despicias me deus
salutaris meus. Ymnus ad vj.

Rector potens verax deus
qui temperas rerum vices splen-
dore mane instruis et ignibus me-
ridiem. Extingue flammas
litium aufer calorem noxium confer
salutem corporum veramque pacem
cordium. Presta pater piissime. Ps.

Defecit in salutare tuo
anima mea et in verbum
tuum supersperavi. Defecerunt
oculi mei in eloquium tuum
dicentes quando consola-
beris me. Quia factus
sum sicut uter in pruina
iustificationes tuas ~~requi~~
non sum oblitus. Quot
sunt dies servi tui quando
facies de persequentibus me
iudicium. Narraverunt michi
iniqui fabulationes sed

nō ut lex tua Omnia
mandata tua ueritas iniq̄
psecuti sunt me adiuua me
Paulominus consumma
uerunt me in terra ego aūt
nō dereliqui mandata tua
Scd̄m miām tuā uiuifi
ca me et custodiam testimo
nia oris tui In eternum
dn̄e uerbum tuū pmanet
in celo In generatiōē et
generatiōm ueritas tua
fundasti terram et pmanet
Ordinatione tua pseue
rat dies quō oīa seruiunt
tibi Nisi quod lex tua me
ditatio mea ē tunc forte pissē
in humilitate mea In eē
nū nō obliuiscar iustifi
catiōnes quia in ipsis uiuifi
casti me Tuus sū ego
saluū me fac quō iustifi
catiōnes tuas exquisiui
Me expectauerūt peccatores
ut pderent me testimo
nia tua intellexi Omnis
consummatiōis uidi finē
latum mandatū tuum
nimis Gloria psalmus

tuas

Quomodo dilexi legē
tuam dn̄e tota die me
ditatio mea est Sup inimicos
meos prudentē me fecisti
mandato tuo quia in eternū mi
est Sup oēs docentes me
intellexi quia testimonia tua me
ditatio mea est Sup senes in
tellexi quia mandata tua quesi
ui Ab omni uia mala phibui
pedes meos ut custodiam
uba tua A iudiciis tuis nō
declinaui quia tu legem posuisti
michi Quam dulcia fauci
bus meis eloquia tua sup mel
ori meo A mandatis tuis
intellexi ppterea odiui omnem
uiam iniquitatis Lucerna pe
dibus meis uerbum tuū et lumē
semitis meis Iuraui et statui
custodire iudicia iustitie tue
Humiliatus sū usquequaque
dn̄e uiuifica me scd̄m uerbū
tuū Uoluntaria oris mei
beneplacita fac dn̄e et iudicia
tua doce me Anima mea
in manibus meis semp et legem tuā
nō sum oblitus Posuerūt
peccatores laqueū michi et de man

datus tuus non erraui. Hereditate acquisiui testimonia tua in eternum: quia exultacio cordis mei sunt. Inclinaui cor meum ad faciendas iustificaciones tuas in eternum propter retribucionem. Gloria patri. ps.

Iniquos odio habui: et legem tuam dilexi. Adiutor et susceptor meus es tu: et in verbum tuum supersperaui. Declinate a me maligni: et scrutabor mandata dei mei. Suscipe me secundum eloquium tuum et viuam: et non confundas me ab expectacione mea. Adiuua me et saluus ero: et meditabor in iustificacionibus tuis semper. Spreuisti omnes discedentes a iudiciis tuis: quia iniusta est cogitacio eorum. Preuaricantes reputaui omnes peccatores terre: ideo dilexi testimonia tua. Confige timore [tuo] carnes meas: a iudiciis enim tuis timui. Feci iudicium et iusticiam: non tradas me calumpniantibus me. Suscipe seruum tuum in bonum: ut non calumpnientur me superbi. Oculi [mei] defecerunt in salutare tuum: et in eloquium iusticie tue. Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam: et iustificaciones tuas doce me. Seruus tuus sum ego: da michi intellectum ut sciam testimonia tua. Tempus faciendi domine: dissipauerunt legem tuam. Ideo dilexi mandata tua: super aurum et topazion. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

Ant. dominicalis. Eternum verbum tuum in psalmis confitentur. R. In eternum domine permanet verbum tuum. In celo in seculum seculi veritas tua permanet. Gloria. In eternum. V. Dominus regit me. Ant. ferialis. Adiuua me domine et saluus ero. Capitulum.

Alter alterius onera portate et sic adimplebitis legem Christi. Deo. R. Gaudiat dominum mens quia Sp... laus eius in ore meo. In ore. Gloria patri. Gaudiat. Dominus regit me et nichil michi deerit: in loco [illegible]

Rerum deus tenax vigor immotus in te permanens lucis diurne tempora successibus determinans. Largire clarum vespere quo vita nusquam decidat sed premium mortis sacre perhennis instet gloria. Presta piissime.

Mirabilia testimonia tua domine ideo scrutata est ea anima mea. Declaratio sermonum tuorum illuminat et intellectum dat parvulis. Os meum aperui et attraxi spiritum quia mandata tua desiderabam. Aspice in me et miserere mei secundum iudicium diligentium nomen tuum. Gressus meos dirige secundum eloquium tuum et non dominetur mei omnis iniustitia. Redime me a calumpniis hominum ut custodiam mandata tua. Faciem tuam illumina super servum tuum et doce me iustificationes tuas. Exitus aquarum deduxerunt oculi mei quia non custodierunt legem tuam. Iustus es domine et rectum iudicium tuum. Mandasti iustitiam testimonia tua et veritatem tuam nimis. Tabescere me fecit zelus meus quia obliti sunt verba tua inimici mei. Ignitum eloquium tuum vehementer et servus tuus dilexit illud. Adolescentulus sum ego et contemptus iustificationes tuas non sum oblitus. Iustitia tua iustitia in eternum et lex tua veritas. Tribulatio et angustia invenerunt me mandata tua meditatio mea est. Equitas testimonia tua in eternum intellectum da michi et vivam. Gloria patri. psalmus

Clamavi in toto corde meo exaudi me domine iustificationes tuas requiram. Clamavi ad te salvum me fac ut custodiam mandata tua. Preveni in maturitate et clamavi quia in verba tua supersperavi. Preveniunt oculi mei ad te diluculo ut meditarer eloquia tua. Vocem meam audi secundum misericordiam tuam domine et secundum iudicium tuum vivi-

fica me. Appropinquaverunt
persequentes me iniquitati
a lege autem tua longe facti sunt.
Prope es tu domine et omnes
vie tue veritas. Initio cognovi
de testimoniis tuis quia
in eternum fundasti ea. Vide
humilitatem meam et eripe me
quia legem tuam non sum oblitus.
Iudica iudicium meum et redime
me propter eloquium tuum vivifi-
ca me. Longe a peccatoribus
salus quia iustificationes tuas
non exquisierunt. Misericor-
die tue multe domine secundum iudi-
cium tuum vivifica me. Multi
qui persequuntur me et tribulant me a
testimoniis non declinavi.

tuis

Vidi prevaricantes et tabesce-
bam quia eloquia non custodie-
runt. Vide quoniam mandata tua
dilexi domine in misericordia tua vivi-
fica. Principium verborum tuorum
veritas in eternum omnia iu-
dicia iustitie tue. Gloria. ps.
Principes persecuti sunt gratis
me et a verbis tuis formida-
vit cor meum. Letabor ego
super eloquia tua sicut qui

invenit spolia multa. Iniqui-
tatem odio habui et abho-
minatus sum legem autem
tuam dilexi. Septi-
es in die laudem dixi tibi
super iudicia iustitie tue.
Pax multa diligentibus
legem tuam et non est illis scanda-
lum. Expectabam salutare
tuum domine et mandata tua
dilexi. Custodivit anima
mea testimonia tua et
dilexit ea vehementer.
Servavi mandata tua
et testimonia tua quia omnes
vie mee in conspectu tuo.
Appropinquet deprecatio
mea in conspectu tuo domine
iuxta eloquium tuum da mi-
chi intellectum. Intret postula-
tio in conspectu tuo secundum
eloquium tuum eripe me.
Eructabunt labia mea
ympnum cum docueris me ius-
tificationes tuas. Pro-
nunciabit lingua mea elo-
quium quia omnia mandata
tua equitas. Fiat ma-
nus tua ut salvet me quia

mandata tua elegi. Concupivi salutare tuum domine
et lex tua meditatio mea est.
Vivet anima mea et laudabit te et iudicia tua adiuvabunt me. Erravi
sicut ovis que periit quere servum
tuum domine quia mandata tua
non sum oblitus. Gloria. Antiphona
Aspice in me et miserere. Feriali
mei domine. Capitulum. O inima
pitate quod bonum est tenete
ab omni specie mala abstinete vos. Deo. R.
Redime me et miserere mei. V.
Pes enim meus stetit in via
recta in ecclesiis benedicam te domine.
Et mi. Gloria. Redime. V. Ab occultis meis. Ad completorium. Te semper
idem esse vivere et intelligere profitentur. R. Clamavi in toto
corde meo exaudi me domine. V.
Justificationes tuas requiram.
Exaudi. Gloria. Clamavi. V. Ab occultis.
Ad dominum cum tribularer
clamavi et exaudivit
me. Domine libera animam
meam a labiis iniquis
et a lingua dolosa. Quid

detur tibi aut quid apponatur
tibi ad linguam dolosam. Sagitte
potentis acute cum carbonibus
desolatoriis. Heu mihi quia
incolatus meus prolongatus
est habitavi cum habitantibus
cedar multum incola fuit anima
mea. Cum hiis qui oderunt
pacem eram pacificus cum
loquebar illis impugnabant
me gratis. Gloria. Antiphona Clamavi
et exaudivit me. Antiphona Auxilium.
Levavi oculos meos in
montes unde veniet
auxilium mihi. Auxilium meum
a domino qui fecit celum et terram.
Non det in commotionem pedem
tuum neque dormitet qui custodit te.
Ecce non dormitabit neque
dormiet qui custodit israhel.
Dominus custodit te dominus protectio
tua super manum dexteram
tuam. Per diem sol non
uret te neque luna per noctem.
Dominus custodit te ab omni
malo custodiat animam
tuam dominus. Dominus custodiat
introitum tuum et exitum tuum ex
hoc nunc et usque in seculum. Gloria.

omnis
aut
me

Auxiliũ meũ a dño ẏmp(nus)
Inmense celi conditor qui mixta ne
confunderet aque fluenta diuidẽs
celũ dedisti limitẽ Firmans
locum celestibꝫ simul q(ue) t(er)re riuulis
ut unde flammas temperet t(er)re solum
ne dissiperet Infunde nunc piissime
donũ p(er)hẽnis gr(ati)e fraudis noue ne
casibꝫ nos error atterat uetus
Lucem fides inueniat sic lu(min)is
iubar ferat h(ec) uana cuncta t(er)reat hanc
falsa nulla comprimat P(re)sta p(ate)r
piissime a(ntiphona) Magnificet te s(em)p(er) anima
mea deus meus ps Magnificat fe(ria) iiii
Letatus sum in his q(ue)
dicta su(n)t in domũ dñi
ibimus Stantes erant
pedes n(ost)ri in atriis tuis ierl(m)
Ierusalem que edificatur ut ci-
uitas cui(us) participatio in idipsum
Illuc enĩ ascenderunt tribꝫ tri-
bꝫ dñi testimoniũ isr(ae)l ad con-
fitendũ nomini dñi Quia
illic sederunt in iudicio sedes
sup(er) domũ dauid Rogate
que ad pacẽ s(un)t ierl(m) (et) h(abu)ndã-
cia diligentibꝫ te Fiat pax
in u(ir)tute tua (et) h(abu)ndancia i(n)
turribꝫ tuis Propt(er) fr(atr)es

meos (et) p(ro)ximos meos
loquebar pacem de te Prop-
ter domũ dñi dei n(ost)ri quesiui
bona tibi Gloria a(ntiphona) In do-
mũ dñi letantes ibim(us) Qui h(abitas)
Ad te leuaui oculos
meos qui habitas in
celis Ecce sicut oculi seruo-
rum in manibꝫ dominorũ suo-
rum Sicut oculi ancille in
manibꝫ dñe sue ita oculi
n(ost)ri ad dñm deũ n(ost)rum do-
nec misereatur n(ost)ri Miserere
n(ost)ri dñe miserere n(ost)ri quia
multum repleti sum(us) de-
spectione Quia multum
repleta est anima n(ost)ra
obp(ro)briũ habundantibꝫ (et) de-
spectio sup(er)bis Gloria a(ntiphona)
Qui habitas in celis miserere nob(is)
Nisi q(ui)a dñs erat in
nob(is) dicat nunc isr(ae)l
nisi q(ui)a dñs erat in nob(is)
Cum exurgerent hoi(m)es
in nos forte uiuos de-
glutissent nos Cum
irasceret(ur) furor eorũ i(n) nos
forsitan aq(ua) absorbuisset
nos Torrentem p(er)transiuit

anima nostra forsitan per-
transisset animam nostram aq-
uam intollerabilem. Bene-
dictus dominus qui non dedit
nos in captionem dentibus
eorum. Anima nostra sicut
passer erepta est de laqueo
venancium. Laqueus
contritus est et nos libera-
ti sumus. Adiutorium nostrum
in nomine domini qui fecit
celum et terram. Gloria. an.
Adiutorium nostrum in nomine domini.
Qui confidunt in domino
sicut mons syon non
commovebitur in eternum qui
habitat in ierusalem. Montes in
circuitu eius et dominus in
circuitu populi sui ex hoc nunc
et usque in seculum. Quia non
relinquet dominus virgam
peccatorum super sortem iustorum
ut non extendant iusti
ad iniquitatem manus suas.
Benefac domine bonis et
rectis corde. Declinan-
tes autem in obligaciones
adducet dominus cum operanti-
bus iniquitatem pax super
israel. Gloria. an. Benefac domine bonis
et rectis corde. an. Facti sumus. ps.
In convertendo dominus captivi-
tatem syon facti sumus sicut con-
solati. Tunc repletum est gau-
dio os nostrum et lingua nostra
exultacione. Tunc dicent
inter gentes magnificavit
dominus facere cum eis. Magnifica-
vit dominus facere nobiscum facti
sumus letantes. Converte
domine captivitatem nostram sicut
torrens in austro. Qui se-
minant in lacrimis in exul-
tacione metent. Euntes
ibant et flebant mittentes
semina sua. Venientes
autem venient cum exultacione
portantes manipulos suos.
an. Facti sumus sicut consolati.
Telluris ingens conditor
mundi solum qui eruens
pulsis aque molestiis terram
dedisti immobilem. Ut germen
aptum proferens fulvis decora
floribus fecunda fructu sisteret
pastumque gratum redderet. Mentis
peruste vulnera munda virore
gratie ut facta fletu diluat motusque

primos attenat. Iussis tuis obtemperet nullis malis opprimatur bonis repleri gaudeat et mortis actus nesciat. Presta pater piissime. Ant. Exultet spiritus meus in deo salutari meo. Ps. Magnificat. Feria. Nisi tu do.

Nisi dominus edificaverit domum in vanum laboraverunt qui edificant eam. Nisi dominus custodierit civitatem frustra vigilat qui custodit eam. Vanum est vobis ante lucem surgere surgite postquam sederitis qui manducatis panem doloris. Cum dederit dilectis suis somnum ecce hereditas domini filii merces fructus ventris. Sicut sagitte in manu potentis ita filii excussorum. Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis non confundetur cum loquetur inimicis suis in porta. Gloria. Ant. Nisi tu domine servabis nos in vanum vigilant oculi nostri.

Beati omnes qui timent dominum qui ambulant in viis eius. Labores manuum tuarum manducabis

quia

beatus es et bene tibi erit. Uxor tua sicut vitis habundans in lateribus domus tue. Filii tui sicut novelle olivarum in circuitu mense tue. Ecce sic benedicetur homo qui timet dominum. Benedicat te dominus ex Syon et videas bona Ierusalem omnibus diebus vite tue. Et videas filios filiorum tuorum pacem super Israel. Gloria. Ant. Beati omnes qui timent dominum.

Sepe expugnaverunt me a iuventute mea dicat nunc Israel. Sepe expugnaverunt me a iuventute mea etenim non potuerunt michi. Supra dorsum meum fabricaverunt peccatores prolongaverunt iniquitatem suam. Dominus iustus concidet cervices peccatorum confundantur et convertantur retrorsum omnes qui oderunt Syon. Fiant sicut fenum tectorum quod priusquam evellatur exaruit. De quo non implevit manum suam qui metit et sinum

sum qui manipulos col
ligit. Et non dixerunt qui
preteribant benedictio domini super
vos benediximus vobis in
nomine domini. Gloria. Ant.

Benediximus vobis in nomine domini.

De profundis clamavi ad
te domine domine exaudi
vocem meam. Fiant au
res tue intendentes in vocem
deprecationis mee. Si ini
quitates observaveris domine
domine quis sustinebit. Quia
apud te propiciacio est propter
legem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea
in verbo eius speravit anima
mea in domino. A custodia
matutina usque ad noctem
speret israel in domino. Quia
apud dominum misericordia et copio
sa apud eum redempcio. Et
ipse redimet israel ex omnibus
iniquitatibus eius. Gloria.

De profundis clamavi ad te domine.

Domine non est exalta
tum cor meum neque
elati sunt oculi mei. Neque
ambulavi in magnis
neque in mirabilibus super me.
Si non humiliter sentiebam sed
exaltavi animam meam.
Sicut ablactatus est super matre
sua ita retribucio in anima mea.
Speret israel in domino ex hoc nunc
et usque in seculum. Gloria. Ant. Speret
israel in domino. Ympnus

Celi deus sanctissime qui lucidum
centrum poli candore pingis
igneo augens decoro lumine.
Quarto die qui flammeam solis rotam
constituens lune ministras ordinem
vagos recursus siderum. Ut noctibus
vel lumini diremptionis terminum pri
mordiis et mensium signum dares
notissimum. Illumina cor hominum
absterge sordes mentium resolve
culpe vinculum everte moles criminum.
Presta pater piissime. Ant. Respexisti
humilitatem meam domine deus
meus. Ps. [illegible] feria v. Et omnis

Memento domine
david et omnis man
suetudinis eius. Sicut
iuravit domino votum vovit deo
iacob. Si introiero in ta
bernaculum domus mee si as
cendero in lectum strati mei. Si

dedero sompnum oculis meis
et palpebris meis dormitacio-
nem. Et requiem tempo-
ribus meis donec inveniam
locum domino tabernaculum deo
iacob. Ecce audivimus eam
in eufrata invenimus eam
in campis silve. Introibi-
mus in tabernaculum eius a-
dorabimus in loco ubi stete-
runt pedes eius. Surge
domine in requiem tuam tu et ar-
cha sanctificacionis tue. Sacer-
dotes tui induantur iusticiam
et sancti tui exultent. Propter
david servum tuum non avertas
faciem christi tui. Iuravit dominus
david veritatem et non frustrabitur
eum de fructu ventris tui
ponam super sedem tuam.
Si custodierint filii tui
testamentum meum et testimo-
nia mea hec que docebo eos.
Et filii eorum usque in seculum
sedebunt super sedem tuam.
Quoniam elegit dominus syon elegit
eam in habitacionem sibi.
Hec requies mea in seculum
seculi hic habitabo quoniam elegi eam.

Non

Viduam eius benedicens
benedicam pauperes eius satu-
rabo panibus. Sacerdotes eius
induam salutari et sancti
eius exultacione exulta-
bunt. Illuc producam cornu
david paravi lucernam christo meo.
Inimicos eius induam
confusione super ipsum autem
efflorebit sanctificacio mea. A.
Et omnis mansuetudinis eius. Ps.
Ecce quam bonum et quam
iocundum habitare fratres
in unum. Sicut unguentum
in capite quod descendit
in barbam barbam aaron.
Quod descendit in oram
vestimenti eius sicut
ros hermon qui descendit
in montem syon. Quoniam illic man-
davit dominus benedictionem
et vitam usque in seculum. Ps.
Ecce nunc benedicite
dominum omnes servi domini.
Qui statis in domo domini
in atriis domus dei nostri. In
noctibus extollite manus
vestras in sancta et benedicite dominum.
Benedicat te dominus ex syon

qui fecit celum et terram. a.
Psitate fies in unū. a. Omnia

Laudate nomē dnī laudate servi dnm. Qui statis in domo dnī in atriis domus dei nostri. Laudate dnm quia bonus est dns psallite nomini eius quoniam suave. Quoniam iacob elegit sibi dns isrl' in possessionem sibi. Quia ego cognovi quod magnus est dominus et deus nr̄ pre omnibus diis. Omnia quecumque voluit dns fecit in celo et in terra in mari et in omnibus abyssis. Educens nubes ab extremo terre: fulgura in pluviam fecit. Qui producit ventos de thesauris suis qui percussit primogenita egipti ab homine usque ad pecus. Et misit signa et prodigia in medio tui egipte in pharaonē et in omnes servos eius. Qui percussit gentes multas et occidit reges fortes. Seon regē

amorreorum et og regē basan et omnia regna chanaan. Et dedit terram eorum hereditatē hereditatē isrl' populo suo. Dnē nomen tuū in eternū dnē memoriale tuū in generatione et generationem. Quia iudicabit dns populum suum et in servis suis deprecabitur. Simulacra gentium argentum et aurum opera manuum hominum. Os habent et non loquentur oculos habent et non videbunt. Aures habent et non audient neque enim est spiritus in ore ipsorum. Similes illis fiant qui faciunt ea et omnes qui confidunt in eis. Domus isrl' benedicite domino domus aaron bndicite dno. Domus levi benedicite dno qui timetis dnm bndicite dno. Bndictus dominus ex syon qui habitat in ierusalem. Gloria. a. Omnia quecumque dns voluit fecit. Ant.

Confitemini dno quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Confitemini deo deorum quoniam in s. Confitemini dno dnorum quoniam. Qui facit mirabilia magna

solus qm̄ Qui fecit celos
in intellcu qm̄ Qui firmavit
terram sup̄ aquas qm̄ Qui
fecit luminaria magna qm̄
Solem in ptātem diei qm̄
Lunam ꝛ stellas in ptātem
noctis qm̄ Qui pcussit egy-
ptum cum pmogenitis eoꝝ
qm̄ Qui eduxit isrl̄ de me-
dio eoꝝ qm̄ In manu potē-
ti ꝛ brachio excelso qm̄ Qui
divisit mare rubꝝ in divisi-
ones qm̄ Et eduxit isrl̄ p
mediū eius qm̄ Et excussit
pharaonē ꝛ virtutē eius in
mari rubro qm̄ Qui traduxit
ppl'm suū p desertum qm̄ in
Qui pcussit reges magnos
qm̄ Et occidit reges fortes
qm̄ Seon regem amorreoꝝ
qm̄ Et og regē basan qm̄

Et oia regna canaan

Et dedit terrā eoꝝ hereditatē
qm̄ Hereditatē isrl̄ servo
suo qm̄ Quia in humilitate
nrā memor fuit nr̄i qm̄ Et
redemit nos ab inimicis nr̄is
qm̄ Qui dat escā oī carni
qm̄ Confitemini deo celi qm̄
Confitemini dño dñoꝝ qm̄

mentū mīa eius Gloria
Qm̄ in etnū mīa e⁹ Ps̄
Sup flumina babilo-
nis illic sedim⁹ ꝛ fle-
vim⁹ dū recordaremur syon
In salicibꝫ in medio eius
suspendim⁹ organa nr̄a
Quia illic interrogaverūt
nos qui captivos duxe-
runt nos vba cantionū
Et qui abduxerūt nos
ympnū cantate nob̄ de
canticis syon Quō can-
tabim⁹ canticū dñi in
tra aliena Si oblitus
fuero tui ihrl̄m oblivioni
detur dextra mea Adhereat
lingua mea faucibꝫ meis
si nō meminero tui Si nō
pposuero ihrl̄m in pricipio
leticie mee Memor esto
dn̄e filioꝝ edom in die ihrl̄m
Qui dicunt exinanite ex-
inanite usqꝫ ad fundamē-
tum in ea Filia babilo-
nis misera bt̄s q̄ retribuet
t̄ retributionē tuā quam
retribuisti nob̄ Bt̄s q̄ tene-
bit ꝛ allidet pvulos suos

ad petitum. Gloria. Antiphona In prima caritate nobis decantemus. Ymnus

Magne deus potencie qui ex aquis ortum genus partim remittis gurgiti partim levas in aera. Dimersa lymphis imprimens subvecta celis irrogans ut stirpe una prodita diversa repleant loca. Largire cunctis servulis quos mundat unda sanguinis nescire lapsus criminum nec ferre mortis tedium. Ut culpa nullum deprimat nullum levet iactancia elisa ne concidat mens elata ne corruat. Presta pater piissime. Antiphona Deposuit potentes sanctos persequentes et exaltavit humiles Christum confitentes. Psalmus Magnificat.

Feria sexta. Antiphona In conspectu.

Confitebor tibi domine in toto corde meo quoniam audisti omnia verba oris mei. In conspectu angelorum psallam tibi adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo. Super misericordia tua et veritate tua quoniam magnificasti super omne nomen sanctum tuum. In quacumque die invocavero te exaudi me multiplicabis in anima mea virtutem. Confiteantur tibi domine omnes reges terre quia audierunt omnia verba oris tui. Et cantent in viis domini quoniam magna est gloria domini. Quoniam excelsus dominus et humilia respicit et alta a longe cognoscit. Si ambulavero in medio tribulacionis vivificabis me et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam et salvum me fecit dextera tua. Dominus retribuet pro me domine misericordia tua in seculum opera manuum tuarum ne despicias. Gloria. Antiphona In conspectu angelorum psallam tibi deus meus. Psalmus Domine probasti.

Domine probasti me et cognovisti me tu cognovisti sessionem meam et resurreccionem meam. Intellexisti cogitaciones meas de longe semitam meam et funiculum meum investigasti. Et omnes vias meas previdisti quia non est sermo in lingua mea. Ecce tu do

cognouisti omnia nouissima et antiqua tu formasti me et posuisti super me manum tuam. Mirabilis facta est sciencia tua ex me confortata est et non potero ad eam. Quo ibo a spiritu tuo et quo a facie tua fugiam. Si ascendero in celum tu illic es si descendero ad infernum ades. Si sumpsero pennas meas diluculo et habitauero in extremis maris. Etenim illuc manus tua deducet me et tenebit me dextera tua. Et dixi forsitan tenebre conculcabunt me et nox illuminacio mea in deliciis meis. Quia tenebre non obscurabuntur a te et nox sicut dies illuminabitur sicut tenebre eius ita et lumen eius. Quia tu possedisti renes meos suscepisti me de utero matris mee. Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es mirabilia opera tua et anima mea cognoscet nimis. Non est occultatum os meum a te quod fecisti in occulto et substancia mea in inferioribus terre.

Imperfectum meum viderunt oculi tui et in libro tuo scribentur omnes dies formabuntur et nemo in eis.

Michi autem nimis honorati sunt amici tui deus nimis confortatus est principatus eorum. Dinumerabo eos et super arenam multiplicabuntur exsurrexi et adhuc sum tecum. Si occideris deus peccatores viri sanguinum declinate a me. Quia dicitis in cogitacione accipient in vanitate ciuitates suas. Nonne qui oderunt te domine oderam et super inimicos tuos tabescebam. Perfecto odio oderam illos et inimici facti sunt michi. Proba me deus et scito cor meum interroga me et cognosce semitas meas. Et vide si via iniquitatis in me est et deduc me in via eterna. Gloria. Antiphona.

Domine probasti me et cognouisti me. Antiphona. Actiones nostras quesumus

Eripe me domine
ab homine malo
a viro iniquo eripe me
Qui cogitaverunt iniqui-
tates in corde tota die con-
stituebant prelia Acuerunt
linguas suas sicut serpen-
tes venenum aspidum sub
labiis eorum Custodi me
domine de manu peccatoris
ab hominibus iniquis eri-
pe me Qui cogitaverunt
supplantare gressus meos
absconderunt superbi laqueum
michi Et funes exten-
derunt in laqueum iuxta
iter scandalum posuerunt
michi Dixi domino deus
meus es tu exaudi domine
vocem deprecacionis mee
Domine domine virtus salu-
tis mee obumbrasti super
caput meum in die belli
Non tradas domine a deside-
rio meo peccatori cogita-
verunt contra me ne dere-
linquas me ne forte ex-
altentur Caput circuitus
eorum labor labiorum ipsorum
operiet eos Cadent super eos
carbones in ignem deicies eos
in miseriis non subsistent
Vir linguosus non diriget-
ur in terra virum iniustum mala
capient in interitu Cognovi
quia faciet dominus iudicium
inopis et vindictam pauperum
Verumptamen iusti confite-
buntur nomini tuo et habitabunt
recti cum vultu tuo Gloria
a viro iniquo eripe me domine Euouae
Domine clamavi ad
te exaudi me intende
voci mee dum clamavero
ad te Dirigatur oracio mea
sicut incensum in conspectu
tuo Elevacio manuum mearum
sacrificium vespertinum Pone
domine custodiam ori meo et ostium
circumstancie labiis meis
Non declines cor meum in
verba malicie ad excusandas
excusaciones in peccatis Cum
hominibus operantibus iniqui-
tatem et non communicabo cum
electis eorum Corripiet
me iustus in misericordia et incre-
pabit me oleum autem peccatoris

non impinguet caput meum
Quoniam adhuc et oratio mea
in beneplacitis eorum absorpti
sunt iuncti petre iudices eorum Au
dient verba mea quoniam potuerunt
Sicut crassitudo terre erupta est
super terram Dissipata sunt ossa
nostra secus infernum quia ad te
domine oculi mei in te speravi
non auferas animam meam
Custodi me a laqueo quem
statuerunt michi et a scandalis
operancium iniquitatem Cadent
in retiaculo eius peccatores sin
gulariter sum ego donec
transeam Gloria Ant. Domine
clamavi ad te exaudi me. ps
Voce mea ad dominum Oratio
clamavi voce
mea ad dominum deprecatus sum
Effundo in conspectu eius
orationem meam ante ip
sum pronuncio In deficiendo
ex me spiritum meum et tu cognovi
sti semitas meas In via
hac qua ambulabam abscon
derunt superbi laqueum michi
Considerabam ad dexteram
et videbam et non erat qui cognosceret
cat

et tribulationem meam

me. Periit fuga a me et
non est qui requirat animam
meam Clamavi ad te
domine dixi tu es spes mea
portio mea in terra viven
cium Intende ad depreca
tionem meam quia humiliatus
sum nimis Libera me
a persequentibus me quia con
fortati sunt super me Educ
de custodia animam meam
ad confitendum nomini tuo
me expectant iusti donec
retribuas michi Gloria Ant.
Porcio mea domine sit in terra
viventium psalmus
Domine exaudi orationem
meam auribus
percipe obsecrationem meam in verita
te tua exaudi me in tua
iusticia Et non intres
in iudicium cum servo tuo
quia non iustificabitur in con
spectu tuo omnis vivens
Quia persecutus est inimicus
animam meam humiliavit
in terra vitam meam Col
locavit me in obscuris
sicut mortuos seculi et an

natis in me spiritus meus in me turbatum est cor meum. Memor fui dierum antiquorum meditatus sum in omnibus operibus tuis in factis manuum tuarum meditabar. Expandi manus meas ad te anima mea sicut terra sine aqua tibi. Velociter exaudi me quia defecit spiritus meus. Non avertas faciem tuam a me et similis ero descendentibus in lacum. Auditam fac mihi mane misericordiam tuam quia in te speravi. Notam fac mihi viam in qua ambulem quia ad te levavi animam meam. Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi doce me facere voluntatem tuam quia deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam propter nomen tuum domine vivificabis me in equitate tua. Educes de tribulatione animam meam et in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant

animam meam quoniam ego servus tuus sum. Gloria. Ympnus.

Plasmator hominis deus qui cuncta solus ordinans humum iubes producere reptantis et fere genus. Qui magna rerum corpora dictu iubentis vivida ut serviant per ordinem subdens dedisti homini. Repelle a servis tuis quicquid per immundiciam aut moribus se suggerit aut actibus se interserit. Da gaudiorum premia da gratiarum munera dissolve litis vincula astringe pacis federa. Presta pater piissime. V. Dirigatur. a. Suscepit israel puerum suum sicut locutus est ad abraham et semen eius et exaltavit humiles usque in seculum. ps. Benedictus.

Benedictus dominus deus meus qui docet manus meas ad prelium et digitos meos ad bellum. Misericordia mea et refugium meum susceptor meus et liberator meus. Protector meus et in ipso speravi qui subdis

populum meum sub me. Domine quid est homo quia innotuisti ei aut filius hominis quia reputas eum. Homo vanitati similis factus est dies eius sicut umbra preterit. Domine inclina celos tuos et descende tange montes et fumigabunt. Fulgura choruscationem et dissipabis eos emitte sagittas tuas et conturbabis eos. Emitte manum tuam de alto eripe me et libera me de aquis multis et de manu filiorum alienorum. Quorum os locutum est vanitatem et dextera eorum dextera iniquitatis. Deus canticum novum cantabo tibi in psalterio decacordo psallam tibi. Qui das salutem regibus qui redemisti david servum tuum de gladio maligno eripe me. Et eripe me de manu filiorum alienorum quorum os locutum est vanitatem et dextera eorum dextera iniquitatis. Quorum filii sicut plantationes [novelle] in iuventute sua. Filie eorum com-

posite circumornate ut similitudo templi. Promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud. Oves eorum fetose habundantes in egressibus suis boves eorum crasse. Non ruina macerie neque transitus neque clamor in plateis eorum. Beatum dixerunt populum cui hec sunt beatus populus cuius dominus deus eius. Gloria. Antiphona. Benedictus dominus deus meus. In

Exaltabo te deus [et uni] meus rex et benedicam nomini tuo in seculum et in seculum seculi. Per singulos dies benedicam tibi et laudabo nomen tuum in seculum et in seculum seculi. Magnus dominus et laudabilis nimis et magnitudinis eius non est finis. Generatio et generatio laudabit opera tua et potentiam tuam pronunciabunt. Magnificentiam glorie sanctitatis tue ~~[loquentur et mirabilia tua narrabunt]~~ [loquentur et mirabilia tua narrabunt]. Et virtutem terribilium tuorum dicent et magnitudinem tuam narrabunt

Memoriam habundancie
suauitatis tue eructabunt
et iusticia tua exultabunt
Miserator et misericors dominus
paciens et multum misericors
Suauis dominus uniuersis
et miseraciones eius super
omnia opera eius Confite-
antur tibi domine omnia opera
tua et sancti tui benedicant
tibi Gloriam regni tui di-
cent et potenciam tuam lo-
quentur Ut notam faciant
filiis hominum potenciam tuam
et gloriam magnificencie reg-
ni tui Regnum tuum regnum
omnium seculorum et dominacio tua in
omni generacione et generacio-
ne Fidelis dominus in omnibus
uerbis suis et sanctus in
omnibus operibus suis Al-
leuat dominus omnes qui corru-
unt et erigit omnes elisos
Oculi omnium in te sperant
domine et tu das escam illorum
in tempore o[portuno] A-
peris tu manum tuam
et imples omne animal
benedictione Iustus

dominus in omnibus uiis
suis et sanctus in omnibus operibus
suis Prope est dominus omni-
bus inuocantibus eum omnibus
inuocantibus eum in ueritate
Uoluntatem timencium
se faciet et deprecacionem eorum ex-
audiet et saluos faciet eos
Custodit dominus omnes di-
ligentes se et omnes pecca-
tores disperdet Laudacionem
domini loquetur os meum
et benedicat omnis caro
nomini sancto eius in se-
culum et in seculum seculi Gloria

In eternum et in seculum seculi. Antiphona Laudabo

Lauda anima mea
dominum laudabo dominum
in uita mea psallam deo meo
quamdiu fuero Nolite
confidere in principibus in filiis
hominum in quibus non est salus
Exibit spiritus eius et reuerte-
tur in terram suam in illa die pe-
ribunt omnes cogitaciones
eorum Beatus cuius deus
iacob adiutor eius spes eius
in domino deo ipsius qui fecit
celum et terram mare et omnia

que in eis sunt. Qui custodit veritatem in seculum, facit iudicium iniuriam pacientibus: dat escam esurientibus. Dominus solvit compeditos: dominus illuminat cecos. Dominus erigit elisos: dominus diligit iustos. Dominus custodit advenas, pupillum et viduam suscipiet: et vias peccatorum disperdet. Regnabit dominus in secula: deus tuus syon in generacione et generacionem. Gloria.

Laudabo deum meum in vita mea.

Laudate [ps.] Deo nostro. Dominum quoniam bonus est psalmus: deo nostro sit iocunda decoraque laudacio. Edificans ierusalem dominus: dispersiones israel congregabit. Qui sanat contritos corde: et alligat contriciones eorum. Qui numerat multitudinem stellarum: et omnibus eis nomina vocans. Magnus dominus noster et magna virtus eius: et sapiencie eius non est numerus. Suscipiens mansuetos dominus: humilians autem peccatores usque ad terram.

Precinite domino in confessione: psallite deo nostro in cythara. Qui operit celum nubibus: et parat terre pluviam. Qui producit in montibus fenum: et herbam servituti hominum. Qui dat iumentis escam ipsorum: et pullis corvorum invocantibus eum. Non in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibiis viri beneplacitum erit ei. Beneplacitum est domino super timentes eum: et in eis qui sperant super misericordia eius. Gloria. a. Deo nostro iocunda sit laudacio. a. Benedixit.

Lauda ierusalem dominum: lauda deum tuum syon. Qui confortavit seras portarum tuarum: benedixit filiis tuis in te. Qui posuit fines tuos pacem: et adipe frumenti saciat te. Qui emittit eloquium suum terre: velociter currit sermo eius. Qui dat nivem sicut lanam: nebulam

sicut cinerem spargit. Mit-
tit cristallum suam sicut
buccellas ante faciem frigo-
ris eius quis sustinebit
Emittet verbum suum
et liquefaciet ea flabit
spiritus eius et fluent aque
Qui annunciat verbum suum
iacob iusticias et iudicia
sua israel Non fecit taliter
omni nacioni et iudicia
non manifestauit eis. R.
Gaudent filii syon in te. Ca
Benedictus deus et pater
domini nostri ihesu christi pater mi-
sericordiarum et deus tocius
consolacionis qui consola-
tur nos in omni tribula-
cione nostra Deo. ympnus
Deus creator omnium polique
rector uestiens diem de-
coro lumine noctem soporis gratia
Artus solutos ut quies red-
dat laboris usui mentesque fes-
sas alleuet luctusque soluat
anxios Grates peracto iam
die et noctis exortu preces uotis
reos ut adiuuemus ympnum canentes
soluimus Te cordis ima con-
cinent te uox canora concrepet te
diligat castus amor te mens
adoret sobria Ut cum profunda clau-
serit diem caligo noctium fides te-
nebras nesciat et nox fide luceat
Dormire mentem ne sinas
dormire culpa nouerit castos fides
refrigerans somni vaporem temperet
Exuta sensu lubrico te cordis
alta somnient ne hostis inuidi
dolo pauor quietos suscitet Xpistum
rogemus et patrem christi patrisque spiritum unum
potens per omnia foue precantes tri-
nitas Amen. V. Vespertina oratio ascen-
dat ad te domine. Et descendat. ps
Benedictus dominus
deus israel quia uisitauit
et fecit redempcionem plebis
sue Et erexit cornu salutis
nobis in domo dauid pueri
sui Sicut locutus est per os sanctorum
qui a seculo sunt prophetarum eius
Salutem ex inimicis nostris
et de manu omnium qui oderunt
nos Ad faciendam misericordiam cum
patribus nostris et memorari testa-
menti sui sancti Iusiurandum
quod iurauit ad abra-
ham patrem nostrum daturum se

nobis. Ut sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati serviamus illi. In sanctitate et iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Et tu puer propheta altissimi vocaberis preibis enim ante faciem domini parare vias eius. Ad dandam scientiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum eorum. Per viscera misericordie dei nostri in quibus visitavit nos oriens ex alto. Illuminare hiis qui in tenebris et in umbra mortis sedent ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Gloria. Can[ticum]

Te deum laudamus te dominum confitemur. Te eternum patrem omnis terra veneratur. Tibi omnes angeli tibi celi et universe potestates. Tibi cherubin et seraphin incessabili voce proclamant. Sanctus Sanctus Sanctus dominus deus sabaoth. Pleni sunt celi et terra maiestatis glorie tue. Te gloriosus apostolorum chorus. Te prophetarum laudabilis numerus. Te martyrum candidatus laudat exercitus. Te per orbem terrarum sancta confitetur ecclesia. Patrem immense maiestatis. Venerandum tuum verum et unicum filium. Sanctum quoque paraclitum spiritum. Tu rex glorie christe. Tu patris sempiternus es filius. Tu ad liberandum hominem non horruisti virginis uterum. Tu devicto mortis aculeo aperuisti credentibus regna celorum. Tu ad dexteram dei sedes in gloria patris. Iudex crederis esse venturus. Te ergo quesumus famulis tuis subveni quos precioso sanguine redemisti. Eterna fac cum sanctis tuis in gloria numerari. Salvum fac populum tuum domine et benedic hereditati tue. Et rege eos et extolle illos usque in eternum. Per singulos dies benedicimus te. Et laudamus nomen tuum in seculum et in seculum seculi. Dignare domine die isto sine

pctis nos custodire. Mi-
serere mei domine miserere mei.
Fiat mia tua domine
super nos quemadmo-
dum speravimus in te. An.
In te domine speravi non con-
fundar in eternum. psal.
Magnificat anima
mea dominum. psalmus.
Ne iniquitatis servi
Kyrieleison. Xpeleison.
Kyrieleison. Xpe audi nos.
Salvator mundi adiu-
va nos. Pater de celis
deus miserere. Fili redemp-
tor mundi deus miserere
nobis. Spiritus sancte deus mi-
serere nobis. Sancta trinitas unus
deus miserere nobis. Sancta
maria ora pro nobis.
Sancta virgo virginum or.
Sancta dei genitrix or.
Sce michael or.
Sce gabriel or.
Sce raphael or.
Sce uriel or.
Omnes sancti angeli et ar-
changeli orate pro nobis.
Sce iohannes bapt. or.

Omnis sci patriarche et prophete orate
Sce petre or.
Sce paule or.
Sce andrea or.
Sancte iacobe or.
Sancte iohannes ewangelista or.
Sancte thoma or.
Sancte iacobe or.
Sancte philippe or.
Sancte bartholomee or.
Sancte mathee or.
Sancte symon or.
Sancte thadee or.
Sancte mathia or.
Sancte barnaba or.
Sancte tymothee or.
Sancte luca or.
Sancte marce or.
Omnis sci apli et ewangeliste orate
Omnis sci discipli domini orate
Sancte stephane or.
Sancte line or.
Sancte clete or.
Sancte clemens or.
Sancte sixte or.
Sancte corneli or.
Sancte cypriane or.
Sancte vite or.
Sancte iuliane or.

Sancte laurenti — ora
Sancte vincenti — ora
Sancte blasi — ora
Sancte georgi — ora
Sancte adalberte — ora
Sancte floriane — ora
Sancte stanislae — ora
Sancte wenceslae — ora
Sancte erasme — ora
Sancte sigismunde — ora
Sancte ypolite — ora
Sancte cosma et damiane
Sancte fabiane — ora
Sancte sebastiane — ora
Sancte geruasi et prothasi ora
Sancte christofore — ora
Sancte dyonisi cum soc. t. ora
Sancte maurici cum soc. t. ora
Sancte eustachi cum soc. t. ora
Omnes sancti martires — ora
Omnes sancti innocentes
Sancte siluester — ora
Sancte leo — ora
Sancte ambrosi — ora
Sancte augustine — ora
Sancte martine — ora
Sancte nicolae — ora
Sancte egidi — ora
Sancte benedicte — ora
Sancte Gregori ora

Sancte leonarde ora
Sancte lenharde ora
Sancte anthoni ora
Sancte alexi ora
Sancte procopi ora
Sancte dominice ora
Sancte francisce ora
Sancte galle ora
Sancte ieronime ora
Sancte bricci ora
Sancte seuerin ora
Sancte seuerine ora
Sancte iuliane ora
Sancte gothharde ora
Sancte columbane ora
Sancte valentine ora
Omnes sancti confessores ora
Omnes sancti monachi et heremite
Sancta maria magdalena ora
Sancta maria egipciaca
Sancta felicitas ora
Sancta perpetua ora
Sancta agnes ora
Sancta agatha ora
Sancta lucia ora
Sancta cecilia ora
Sancta anna ora
Sancta anastasia ora
Sancta eufemia ora

Sancta gertrudis
Sancta margaretha
Sancta dorothea
Sancta katherina
Sancta barbara
Sancta walpurgis
Sancta elena
Sancta hedwigis
Sancta elizabeth
Sancta appolonia
Sancta scolastica
Sancta clara
Sancta fides
Sancta spes
Sancta karitas
Sancta ursula cum sodalibus
Omnes sancte virgines et vidue o[rate]
Omnes sancti et sancte orate pro nobis
Propicius esto parce nobis domine
Propicius esto exaudi nos domine
Propicius esto libera nos domine
Ab omni malo l. Ab insidiis diaboli l. Ab imminentibus peccatorum nostrorum periculis l. A fulgure et tempestate l. A peste et clade l.
A subitanea et improvisa morte l. Ab infestacionibus demonum l. A spiritu fornicacionis l. A spiritu superbie l. Ab appetitu inanis glorie l. Ab immundicia mentis et corporis l. A penis inferni l.

A morte perpetua

A modo malo l. Ab ira et odio et ab omni mala voluntate l. Per misterium sancte incarnacionis tue libera.
Per nativitatem tuam l.
Per apparicionem et circumcisionem tuam l. Per baptismum et ieiunium tuum l. Per crucem et passionem tuam l. Per mortem et sepulturam tuam l.
Per gloriosam resurreccionem tuam l. Per admirabilem ascensionem tuam l. Per adventum spiritus sancti paracliti l.
In die iudicii l. In hora mortis nostre succurre nobis domine
Peccatores Te rogamus audi nos. Ut pacem et concordiam nobis dones Te. Ut ecclesiam tuam pacificare et custodire et adunare digneris Te. Ut domnum apostolicum et omnes gradus ecclesiasticos in sancta religione conservare digneris Te. Ut antistites

nium et omnis sibi commissos
in sancta religione conservare
digneris te. Ut regem nostrum
et cunctum populum xpianum precio-
so sanguine tuo redemptum con-
servare digneris te. Ut omnis
inimicos xpiani nominis dexte-
re tue potencie comprimere dig. te.
Ut spacium vite et locum venie
penitencie nobis do. dr. te. Ut in bonis
operibus perseveranciam nobis
dones te. Ut cordis compunc-
cionem fontemque lacrimarum no-
bis dones te. Ut graciam et con-
solacionem sancti spiritus cor-
dibus nostris clementer infunde-
re digneris te. Ut morbos au-
ferens famem mortalitatemque
a nobis repellere digneris te.
Ut omnibus benefactoribus nostris sem-
piterna bona eis tribuere dig. te.
Ut aeris temperiem bonamque fructus
terre dare et conservare dig. te.
Ut iter fidelium tuorum in salu-
tis tue prosperitate disponere di-
gneris te. Ut fidelibus navi-
gantibus portum salutis eterne
tribuere dig. te. Ut tuentis la-
borantibus fortitudinem
corporis donare dig. te. Ut
discordantibus pacem et con-
cordiam dones te. Ut infir-
mis sanitatem tribuere digneris te.
Ut dies nostros in tua pace
disponas te. Ut miserias
pauperum et gemitus captivo-
rum intueri ac relevare
digneris te. Ut nobis miseris
misericors deus misereri dig. te.
Ut animas parentum nostrorum ab
eterna dampnacione eripi-
as te. Ut omnibus fidelibus in xpo re-
quiescentibus requiem eternam
donare dig. te. Ut nos
famulos tuos in sancto servicio
confortare dig. te. Ut nos
exaudire digneris te. Fili
dei te rogamus. Agne dei
qui tollis peccata mundi parce
nobis domine. Agne d. q. t. p.
m. Exaudi nos domine. Agne d.
q. t. p. m. miserere nobis.
Kyrieleison. Xpeleison. Kyrieleison. Ant.
Media vita in morte sumus.
Kyriel. xpel. Kyriel. Pater
noster. Et ne nos. Sed libera. Converte-
re domine usque. Deprecabilis esto su-
per servos. Ego dixi domine miserere

mei Sana animā meam
q peccaui tibi Peccauim' cum
patrib; nris Iniuste egim' in
iquitatē fecim' Dñe nō scdm
pcca nrā facias nob neq; scdm
iniquitates retribuas nob Do
ne memineris iniqtatū nrār
antiquar Cito anticipēt nos
mīe tue q paupes facti sum'
nimis Adiuua nos deus sa
lutaris nr Et ppt gliam nois
tui dñe libera nos ppiti' esto
pctis nris ppt nomē tuū Esto
nob dñe turris fortitudinis A facie
inimici Ds in adiutoriū me
ū intende Iudica dñe nocē
Laus tibi dñe rex eterne glie
Exurge x̄ adiuua nos Et li
bera nos ppt nomē tuū Dñe ds
uirtutū cōuerte nos Ostende
faciem tuā & salui erimus
Dñe exaudi orōm meā Et
clamor meus ad te ueniat Do
min' uobiscū Et cū s. t. Orem'

Parce domine parce pec
catis nris & quāuis
incessabilit' delinquentib;
continua pena debeatur
pstā qs ut q ad ppetuum
meremur exitium trāseat ad
nre correctiōis auxilium

Omps sempit Pro papa
Omnipotens deus dirige act'
nros in beneplacito tuo ut i
nomine dilci filii tui merea
mur bonis opib; habundare p Orō
Deus cui omne cor patet
& omnis uoluntas lo
quitur & quem nullum latet
secretum purifica per infusio
nem sancti spūs cogitatiō
nes cordis nri ut te pfecte di
ligere et digne laudare mereamur
Pro episcopo Sequitur
Omnipotens sempiterne deus
respice dignare super
apostolicam dignitatem atq; sup
uniuersos gradus ecclesiastica
ut sicut uniuersa a te sunt creata
sic uniuersa a te in suo ordine
dirigantur p Sequitur
Omnipt s. ds qui facis
mirabilia magna sol'
pretende sup famulū tuū N
pontificem nrm atq; super
cunctas congregatiōnes sibi
commissas spm gre salutaris
ut in ueritate tibi complaceat

preveniat et dextera tue benedictionis in fide. Per.

Omnipotens sempiterne deus quesumus ut famulus tuus rex noster N. qui
tua miseracione suscepit
regni gubernacula, virtutum etiam
omnium percipiat incrementa
quibus decenter ornatus et viciorum
monstra devitare et hostes
superare et ad te qui via veritas
et vita es graciosus valeat
pervenire. Per. **Pro populo**

Parce domine parce populo tuo ut dignis
castigacionibus flagellatus
in tua semper miseracione
respiret. Per. **Pro congregacione**

Defende quesumus domine beata maria semper virgine
intercedente istam ab omni adversitate congregacionem et eam
quam tibi toto corde devotam
ab hostium tuere clementer
insidiis. Per. **Pro familiaribus**

Deus qui iustificas impium et non vis mortem
peccatorum maiestatem tuam supplici
ter deprecamur ut famulos et famulas
de tua misericordia confidentes
celesti protegas benignus
auxilio et assidua protectione
conserves ut tibi iugiter fa
mulentur et nullis temptacionibus
a te separentur. Per.

Deus qui caritatis dona per graciam sancti
spiritus tuorum cordibus fidelium
infundis da famulis et fa
mulabus tuis pro quibus tuam
deprecamur clemenciam salutem mentis
et corporis ut te tota virtute dili
gant et que tibi placita sunt
tota dilectione perficiant.
Per. **Pro discordantibus**

Deus pacis caritatisque amator et custos
da omnibus inimicis nostris
pacem caritatemque veram
et cunctorum eis remissionem
tribue peccatorum nosque ab eorum
insidiis potenter eripe. Per.

Omnipotens sempiterne deus qui
sicienti populo fontem viven
tis aque de petra produxi
sti educ de cordis nostri duri
cia compunctionis lacrimas

ut peccata nostra plangere va-
leamus remissionemque eorum
mereamur. Amen. Per. Oratio

Omnipotens sempiterne deus mestorum
consolatio laborantium
fortitudo perveniant ad
te preces nostre de quacumque tri-
bulacione clamancium
ut omnes sibi in neces-
sitatibus suis misericordiam tuam
gaudeant affuisse. Per. Oratio

Omnipotens sempiterne deus salus eterna
credencium exaudi
nos pro famulis
et famulabus tuis pro quibus
misericordie tue imploramus
auxilium ut reddita eis
sanitate gratias tibi in ecclesia
tua referant acciones.
Per. Oratio alia

Adesto quesumus domine
supplicacionibus
nostris et viam famulorum
tuorum in salutis tue pro-
speritate dispone ut inter
omnes vie et vite huius
varietates tuo semper
protegantur auxilio.
Per. Sequitur

Absolve quesumus domine
animas eorum ab omni
vinculo delictorum ut in resur-
reccionis gloria inter sanctos
et electos tuos resusci-
tati respirent. Per. Oratio

Concede quesumus omnipotens deus
ut sancta dei genitrix
virgo semper Maria sanctique
apostoli tui et ceteri innocentes
martires confessores virgines
atque omnes sancti quorum reliquie
in ista continentur ecclesia pa-
trocinio nos ubique adiuvent
quatenus hii in illorum presenti suffragi-
o tranquilla pace in tua iugi-
ter laude letemur. Per. Oratio

Omnipotens sempiterne deus qui vivorum
dominaris simul et mortuorum
omniumque misereris quos tuos
fide et opere futuros esse prenoscis
te supplices exoramus ut pro
quibus effundere preces decrevimus
quosque vel presens seculum adhuc
in carne retinet vel futurum
iam exutos corpore suscepit pietatis
tue clemencia delictorum suo-
rum veniam et gaudia consequi
mereantur eterna. Per.

Placebo dño in regione
uiuorum. uiuorum ps Dilexi
Heu michi quia incolatus meus plō-
gatus est ps Ad dñm a Dñs
custodit te ab omni malo custo-
diat animam tuam dñs ps Leuaui a
Si iniquitates obseruaueris do-
mine quis sustinebit ps De pfundis
a Opus manuum tuarum ne despi-
cias ps Confitebor v Audi
uocem de celo dicentem mi Beati
mortui qui in dño moriuntur a
Omne quod dat mi pr ad me ue-
niet et eum qui uenit ad me non
eiciam foras ps Magnificat Kyriel xpel
kyriel Pr nr Et ne nos Requiem
Oremus Partem beate resur-
rectionis obtineant uitam-
que eternam mereantur habere in celis
per te ihesu xpe saluator mundi
qui in trinitate perfecta uiuis et
regnas deus per omnia secula secu-
lorum Amen Uoce mea ad dñm
clamaui Requiescant in pace v
A porta inferi Erue dñe animas eorum
Credo uidere bo Iutia v v Ne tra-
das dñe. Et animas pauperum tuorum In me-
moria eterna erit. Ab auditione mala
v Dñe exaudi orationem meam Et cla-
mor meus Dñs uobiscum Oremus
Fidelium deus omnium Inuita
Circumdederunt me gemitus mortis
dolores inferni circumdederunt me
ps Uenite a Dirige dñe deus
in conspectu tuo uiam meam
Uerba mea a Conuertere dñe et eripe
animam meam quia non est in morte
qui memor sit tui ps Dñe ne in
furore a Nequando rapiat ut leo
animam meam dum non est qui redimat
neque qui saluum faciat ps Dñe deus
meus v Dirige dñe deus meus Iuco

Parce michi domine
nichil enim sunt dies mei
Quid est homo quia
magnificas eum aut quid
apponis erga eum cor tuum?
Uisitas eum diluculo et subi-
to probas illum Usquequo non
parcis michi nec dimittis me
ut gluciam saliuam meam?
Peccaui. Quid faciam
tibi o custos hominum?
Quare me posuisti con-
trarium tibi et factus sum mi-
chimetipsi grauis? Cur non
tollis peccatum meum et quare
non aufers iniquitatem meam?

Ecce nunc in pulvere dor-
mio et si mane me quesi-
eris non subsistam. R.

Credo quod redemptor meus
vivit et in novissimo die de terra
surrecturus sum et in carne mea
videbo deum salvatorem meum. V.
Quem visurus sum ego ipse et non
alius et oculi mei conspecturi sunt. Credo.

Tedet animam meam
vite mee dimittam
adversum me eloquium meum
loquar in amaritudine
anime mee. Dicam deo
noli me condempnare.
Indica michi cur me ita iu-
dices. Numquid bonum
tibi videtur si calumpnieris me
et opprimas me opus ma-
nuum tuarum et consilium
impiorum adiuves. Numquid
oculi carnei tibi sunt aut sicut
videt homo et tu videbis.
Numquid sicut dies hominis
dies tui et anni tui sicut
humana sunt tempora ut queras
iniquitatem meam et peccatum
meum scruteris et scias quia
nichil impium fecerim cum sit
nemo qui de manu tua
possit eruere. R. Qui lazarum
resuscitasti a monumento fetidum
Tu eis domine dona requiem et locum
indulgencie. V. Qui venturus es
iudicare vivos et mortuos et se-
culum per ignem. Tu eis. Lectio

Manus tue domine
fecerunt me et plas-
maverunt me totum in circui-
tu et sic repente precipitas me.
Memento quaeso quod sicut lu-
tum feceris me et in pulverem
reduces me. Nonne sicut
lac mulsisti me et sicut
caseum me coagulasti.
Pelle et carne vestisti me
ossibus et nervis compegisti
me. Vitam et misericordiam tribuisti michi
et visitacio tua custodivit
spiritum meum. R. Domine quando
veneris iudicare terram ubi me ab-
scondam a vultu ire tue. Quia
peccavi nimis in vita mea. V.
Commissa mea pavesco et an-
te te erubesco dum veneris iudicare
noli me condempnare. Quia. II^o
In loco pascue ibi me collocavit.
Ps. Dominus regit. Antiphona. Delicta iuventutis

tutis mee et ignorantias meas
ne memineris domine. Ps. Ad te
domine levavi. A. Credo videre bona domini
in terra viventium. Ps. Dominus illuminatio. A.
Delicta iuventutis mee. Euouae.

Responde mihi quantas
habeo iniquitates et
peccata scelera mea atque delicta
ostende mihi. Cur faciem tuam
abscondis et arbitraris me
inimicum tuum? Contra folium
quod vento rapitur ostendis
potentiam tuam et stipulam
siccam persequeris. Scribis enim
contra me amaritudines
et consumere me vis peccatis ado-
lescentie mee. Posuisti in
nervo pedem meum et obser-
vasti omnes semitas meas
et vestigia pedum meorum con-
siderasti. Qui quasi putredo con-
sumendus sum et quasi vesti-
mentum quod comeditur a tinea.

Heu mihi domine quia peccavi nimis in
vita mea. Quid faciam miser? Ubi
fugiam nisi ad te deus meus? Mi-
serere mei dum veneris in novissimo
die. V. Anima mea turbata est val-
de sed tu domine succurre ei. Dum veneris.

Homo natus de muliere
brevi vivens tempore
repletur multis miseriis. Qui
quasi flos egreditur et con-
teritur et fugit velut umbra
et numquam in eodem statu perma-
net. Et dignum ducis super
huiuscemodi aperire oculos
tuos et adducere eum tecum
in iudicium? Quis potest
facere mundum de immundo
conceptum semine? Nonne
tu qui solus es? Breves
dies hominis sunt numerus men-
sium eius apud te est. Consti-
tuisti terminos eius qui
preteriri non poterunt. Rece-
de ergo paululum ab eo ut
quiescat donec optata ve-
niat sicut mercenarii
dies eius. R. Ne recorde-
ris peccata mea domine dum veneris
iudicare seculum per ignem. V. Dirige
domine deus meus in conspectu tuo viam meam.

Quis mihi hoc tribuat
ut in inferno
protegas me et abscondas
me donec pertranseat fu-
ror tuus et constituas mihi

tempus in quo recorde-
ris mei? Putas ne mor-
tuus homo rursum vivat? Cunctis die-
bus quibus nunc milito ex-
specto donec veniat immu-
tatio mea. Vocabis me
et ego respondebo tibi: operi
manuum tuarum porriges
dexteram. Tu quidem gressus
meos dinumerasti, sed parce peccatis
meis. R. Peccantem me
cotidie et non me penitentem timor
mortis conturbat me. Quia in
inferno nulla est redemptio, mise-
rere mei deus et salva me. V.
Deus in nomine tuo salvum
me fac et in virtute tua libera me.
Ant. iii. Ne derelinquas me domine deus
meus ne discesseris a me. Ps. Domine
ne in furore. ii. Ant. Sana domine
animam meam quia peccavi tibi.
Ps. Beatus qui intelligit. Ant. Sitivit anima
mea ad deum fontem vivum quando
veniam et apparebo ante faciem
domini. Ps. Quemadmodum. V. Anima
mea turbata est valde. Sed tu domine.

Spiritus meus attenua-
bitur, dies mei bre-
viabuntur, et solum mihi
superest sepulchrum. Non peccavi,
et in amaritudinibus mo-
ratur oculus meus. Libera me
domine et pone me iuxta te,
et cuiusvis manus pugnet
contra me. Dies mei transierunt,
cogitationes mee dissipate
sunt torquentes cor meum.
Noctem verterunt in diem, et
rursum post tenebras spero
lucem. Si sustinuero, infer-
nus domus mea est, et in tene-
bris stravi lectulum meum.
Putredini dixi: pater meus
es, mater mea et soror mea vermi-
bus. Ubi est ergo nunc presto-
latio mea, vel patientia mea?
Tu es domine deus meus. R.
Redemptor meus vivit, et in no-
vissimo die resurgam, et renovabuntur
denuo ossa mea, et in carne mea
videbo deum meum. Lauda anima
mea dominum, laudabo dominum in vita
mea, psallam deo meo quamdiu ero. Et.
Pelli mee consumptis
carnibus adhesit os me-
um, et derelicta sunt tantummodo
labia mea circa dentes meos.
Miseremini mei, miseremini mei

saltem vos amici mei: quia manus domini tetigit me. Quare me persequimini sicut deus et carnibus meis saturamini? Quis michi tribuat ut scribantur sermones mei? Quis michi det ut exarentur in libro stilo ferreo vel plumbi lamina vel certe sculpantur in silice? Scio enim quod redemptor meus vivit et in novissimo die de terra surrecturus sum et rursum circumdabor pelle mea et in carne mea videbo deum salvatorem meum. Quem visurus sum ego ipse et oculi mei conspecturi sunt et non alius. Reposita est hec spes mea in sinu meo. R.

Libera me domine de viis inferni Qui portas ereas confregisti et visitasti infernum et dedisti eis lumen ut viderent te qui erant in penis tenebrarum. V. Clamantes et dicentes advenisti redemptor. Qui.

Lectio ix. Quare de vulva eduxisti me? qui utinam consumptus essem ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem de utero translatus ad tumulum. Numquid non paucitas dierum meorum finietur brevi? Dimitte ergo me ut plangam paululum dolorem meum antequam vadam et non revertar ad terram tenebrosam et opertam mortis caligine. Terram miserie et tenebrarum ubi umbra mortis et nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. Beati mortui qui in domino moriuntur. Responsorium.

Libera me domine de morte eterna in die illa tremenda. Quando celi movendi sunt et terra. V. Dies illa dies ire dies calamitatis et miserie dies magna et amara valde. Quando. Laudes an.

Exultabunt domino ossa humiliata. ps. Miserere. an. Exaudi deus orationem meam ad te omnis caro veniet. ps. Te decet. an. Me suscepit dextera tua domine. ps. Deus deus. an. A porta inferi

eme dñe animas eorum. Ego
dixi. Omnis spũs laudet
dñm. ps. Laudate. v. Iuncõ
na erunt iusti. Ab auditiõne
mala nõ timebunt. an. Ego
sum resurrectiõ et uita qui cre
dit in me si mortuus fuerit
uiuet et omnis qui uiuit et
credit in me nõ morie-
tur in eternũ. ps. Benedictus. Ky
rieleysõ. Xpē leyson. Kyrieleyson. Pater
nr̄. Et ne nos. Sz libera. Orem9.
P artem bt̄e resurrec
tiõis obtineant
uitamque etiam et'nam
habere in cel' p te ihu xpe
saluator mundi rex et'ne
glie qui in trinitate pfcā
uiuis et regnas deus per
omnia scl'a s. Amen. ps.
Lauda anima mea. Deinde.
Requiescant i pace. Amen. v.
A porta inferi. Erue dñe a. v.
Credo uidere bona dñi. In terra
uiuencium. v. Ne tradas animas
bestijs cõfitentes t. Et aĩas
pauperum tuorum ne obliuiscaris
i finē. v. In memoria eterna e.
Ab auditiõne mala nõ ti. v.

Dñe exaudi orõnem. Et clamor.
D eus qui nob' patrem et
matrem honorare p
cepisti miserere clementer
animabus parentum nostro-
rum omnia peccata dimitte.
nosque cum eis in eterne clari
tatis gaudio fac uidere. Per.
D eus venie largitor et
humane salutis auc
tor: quesumus clementiam
tuam: ut nr̄e cõgregatiõ
nis fr̄es sorores pppinquos
benefactores ac ingenuos nr̄os q'
ex hoc sclo transierunt b'ta maria
intercedente cum omnibus sanc
tis ad perpetue beatitudinis
consortium peruenire cõcedas.
D eus cui9 mie nõ est numerus. Per.
e nũs suscipe ppicius
humilitatis nr̄e et animabus
famulorum famularumque tuarum om
nium fidelium defunctorum remis
sionem cunctorum tribue peccatorum. Per.
F idelium deus omnium
conditor et redemptor
animabus famulorum famularum-
que tuarum omnium fidelium defuncto
rum remissionem cunctorum

tribue peccatoribus ut in dulgen
tiam quam semper opta
verunt piis supplicationibus
consequantur. Per te ihesu christe.

Incipiunt ymni per annum. In adventu domini.

Veni redemp-
tor gentium
ostende par-
tum virginis
miretur omne
seculum talis
decet partus deo. Non ex virili
semine sed mistico spiramine
verbum dei factum est caro fructusque
ventris floruit. Alvus tume-
scit virginis claustra pudoris per-
manent vexilla virtutum micant
versatur in templo deus. Procedit
de thalamo suo pudoris aula
regia gemine gygas substan-
tie alacris ut currat viam. Egres-
sus eius a patre regressus eius ad
patrem excursus usque ad inferos
recursus ad sedem dei. Equalis
eterno patri carnis tropheo accinge-
re infirma nostri corporis virtute firmans
perpetim. Presepe iam fulget
tuum lumenque nox spirat novum
quod nulla nox interpollet fideque
iugi luceat. Deo patri sit gloria
eiusque soli filio cum spiritu pa-
raclito in sempiterna secula. Ad completorium.

Conditor alme syderum
eterna lux credencium christe
redemptor omnium exaudi preces
supplicum. Qui condolens
interitu mortis perire seculum sal-
vasti mundum languidum
donans reis remedium. Ver-
gente mundi vespere uti sponsus
de thalamo egressus honestis-
sima virginis matris clausula.
Cuius forti potencie genu cur-
vantur omnia celestia terrestria
nunc fatentur subdita. Occa-
sum sol custodiens luna pal-
lorem retinens candor in astris
relucens certos observat limites.
Te deprecamur agie venture iudex
seculi conserva nos in tempore hostis
a telo perfidi. Laus honor
virtus gloria deo patri cum filio sancto
simul paraclito in sempiterna
secula. Amen. Ad nocturnum ymnus.

Verbum supernum prodiens
a patre olim exiens qui
natus orbi subvenis cursu de-
clivi temporis. Illumina nunc pectora

tuoque amore concremata au-
diat ut preconia sunt pulsata tan-
dem lubrica. Iudex ergo cum
post aderis rimari facta pectoris
reddens vicem pro abditis iustis-
que regnum pro bonis. Non des
ut artemur malis pro qualitate
criminis sed cum beatis compotes
simus perhennes celites. Laus
honor virtus gloria. ad laudes

Vox clara ecce intonat
obscura queque increpat
pellantur eminus sompnia christus
ab ethere promicat. Mens iam
resurgat torpida que sorde
exstat saucia sidus refulget
iam novum ut tollat omne
noxium. E sursum agnus
mittitur laxare gratis debitum
omnes pro indulgencia vocem
demus cum lacrimis. Secundo
ut cum fulserit mundumque hor-
ror cinxerit non pro reatu puniat
sed pius nos tunc protegat. Laus
honor virtus. in natiuitate

A solis ortus cardine ad
usque terre limitem christum
canamus principem natum maria
virgine. Beatus auctor
seculi servile corpus induit ut
carne carnem liberans ne perderet
quos condidit. Castra parentis
in sacra celestis intrat gratia venter
puelle baiulat secreta que non
noverat. Domus pudica pecto-
ris templum repente fit dei in-
tacta nesciens virum verbo concepit
filium. Enixa est puerpera quem
gabriel predixerat quem matris alvo
gestiens clausus iohannes
senserat. Feno iacere pertulit pre-
sepe non abhorruit parvoque lacte
pastus est per quem nec ales esurit.
Gaudet chorus celestium et an-
geli canunt deo palamque fit pas-
toribus pastor creator omnium.
Summo parenti gloria natoque laus
quam maxima cum sancto sit spiritu
nunc et per omne seculum. ad com

Agnoscat omne seculum pslet
vite venisse premium
post hostis asperi iugum appa-
ruit redemptio. Ysaias que
cecinit completa sunt in virgine
annunciavit angelus sanctus
replevit spiritus. Maria ventre
concepit verbi fidelis semine quem
totus non capit orbis portavit

puelle in sc̄a. Radix iesse iam floruit virga fructum edidit fecunda prium protulit virgo mater permanet. Presepe ponitur protulit qui lucis auctor exstitit cum celos condidit sub matre pannos induit. Legem qui dedit sc̄o au^s decem preceptis sed dignanter factus est homo sub legis esse vinculo. Adam vetus quod polluit adam novus hoc abluit tumens quod ille deicit humillimus hic erigit. Iam nata est lux et salus fugata nox victa mors venite gentes credite deum maria protulit. Gloria tibi domine qui natus es de virgine cum patre et sancto spiritu in sempiterna secula amen.

In fe(sto). Corde natus ex parentis ante mundi exordium alpha et o cognominatur ipse fons et clausula omnium que sunt fuerunt queque post futura sunt seculorum seculis. O beatus partus ille virgo cum puerpera edidit nostram salutem feta sancto spiritu et puer redemptor orbis os sacratum protulit seculorum s. Ecce quam vates vetustis concinebant seculis quem prophetarum fideles pagine spoponderunt emicat promissus olim cuncta collaudant deum s. s. Psallat altitudo celi psallant omnes angeli et quicquid virtus usquam psallat in laudem dei nulla linguarum silescat vox et omnis consonet s. s. Te senes et te iuventus parvulorum que chorus turba matrum virginumque simplices puellule voce concordes pudica perstrepent concentibus s. s(eculorum). Tibi christe sit cum patre agioque spiritu ymnus melos laus perhennis gratiarum actio honor virtus victoria regnum eternaliter seculorum seculis Amen.

In Epyph(ania) pr(osa). Hostis herodes impie christum venire quid times non eripit mortalia qui regna dat celestia. Ibant magi quam viderant stellam sequentes previam lumen requirunt lumine deum fatentur munere. Lavacra puri gurgitis celestis agnus attigit peccata que non detulit nos abluendo sustulit. Novum genus potentie aque rubescunt ydrie vinumque iussa fundere mutavit originem. Binis priori

glia natoq; tuis In purificac
Quod chorus vatum ve-
nerandus olim spu
sco cecinit repletus in dei fcm
genitrice constat esse maria
Que deum celi dominumq; terre
virgo concepit peperitq; virgo
atq; post partum meruit manere
inviolata Quem senex
iustus symeon in ulnas in
domo suscepit dum gavisus h'
quod optavit pprio videre lume
xpm Tu libens votis pre
cantis supplicantum regis eterni geni
trix sancto claraq; celsi reni
tens olympi regna petisti
Sit deo nro decus et potestas sit
salus perpes sit honor perhennis
qui poli summa residens in arce
trinus et unus Amen In anuntia
Ave maris stella dei cone
mater alma atq; semper virgo
felix celi porta Sumens illud
ave gabrielis ore funda nos
in pace mutans Solve vin
cla reis pfer lumen cecis ma
la nra pelle bona cuncta posce
Monstra te esse matrem sumat
per te precem qui pro nobis natus

tulit esse tuus Virgo singularis
inter omnes mitis nos culpis
solutos mites fac et castos Vitam
presta puram iter para tutum ut vi
dentes ihm semper colletemur Sit laus
deo patri xpo summo decus spiritui sancto
honor tribus unus Amen Ad complet
Fit porta xpi pervia referta ple
na gratia transitq; rex et permanet
clausa ut fuit per secula Genus
superni luminis processit aula vir
ginis sponsus redemptor condi
tor sue gigas ecclesie Honor matris et
gaudium immensa spes credentium
per atra mortis pocula resolvit nra
crimina Maria mater gratie mater miseri
cordie tu nos ab hoste protege in hora
mortis suscipe Gloria tibi domine qui
natus es de virgine Ad nocturn'
Quem terra pontus ethera
colunt adorant predicant
trinam regentem machinam claustrum
marie baiulat Cui luna sol
et omnia deserviunt per tempora perfusa
celi gratia gestant puelle viscera
Beata mater munere cuius supernus
artifex mundum pugillo continens
ventris sub archa clausus est
Benedicta celi nuncio fecunda

sancto spiritu desiderant/ gentibus
auctus parvuli fusus ē. Maria mē
gr̄e mr̄. Gl'ia t' do. ad laudes
O gl'iosa d\u0303na excelsa sup
sid'a qui te creavit provide
lactasti sacro ube. Quod eva
tristis abstulit tu reddis almo
g'mine intrent ad astra flebi
les celi fenestra facta es. Tu re
gis alti ianua et porta lucis ful
gida vitam datam per virginem
gentes redempte plaudite
Maria mr̄. Gl'ia t' do. In lr̄e
Dies absolutum p̄tereunt dies
observabiles redeunt tp̄r
ad est solitum quem'us primo
corde dn̄m. Ieiunijs et cōfessio
nib; iudex cōplacabit' dn̄s nō
negabit veniam qui vult ut ho
querat gratiam. Post iugū famule
pharaonis post cathenas dure ba
bylonis liber homo patriam querat
celestem ierl'm. Fugiamus
delic' celibi h'itemus cū dei filio ut
decus sit famuli ut sit coh'es
sui dn̄i. Sis xp̄e nobis dux hu'
uite memento q' sumus oves
tue p quib; ipse tuā pastor po
uelis morte animam. Amē.

Ihesu redemptor. Ad cōpleto
sc'li verbum p̄ris p̄ris altis
simi lux lucis invisibilis
custos tuorum p'vigil. Tu
fabricator oīm discretor atq;
tp̄m fessa labore corpa noctis
quiete recrea. Te dep̄camū
supplices ut nos ab hoste
lib'es ne valeat seducē tuo
redemptos sanguine. Ut
dū gravi in corpe b'vi ma
nem' tp̄e sic caro nr̄a dor
miat ut mens soporem ne
sciat. Sit xp̄e rex piissime t'
p̄riq; gl'ia cū sp̄u p'raclito i
sēpit'na s'c'la. Amē. In xl̄a.
Ex more docti mistico
s'vem' h' ieiunium
deno dier' circulo ducto q'ter
notissimo. Lex et p'phe p'mit'
h' p'tulerūt p' modū xp̄e
sacravit oīm rex atq; factor
tp̄m. Utamū g' parcius v'bis
cibis et potib; somno iocis
et arcius p'stem' in custodia.
Vitem' autē pessima q'
subruunt mentes vagas
nullūq; dem' callido hosti
locum tyrannidis. Dicam'

omnes cum clamemus
atque singuli ploremus ante
iudicem flectamus iram
vindicem. Nostris malis
offendimus tuamque deus cle-
mentiam effunde nobis desup-
er remissor indulgentiam.
Memento quod sumus tui li-
cet caduca plasmatis ne
des honorem nominis tu-
i precamur alteri. Laxa ma-
lum quod gessimus auge bonum
quod poscimus placere tandem tibi
possimus hic et in perpetuum. Pre-
sta beata trinitas concede simplex
unitas ut fructuosa sint
tuis ieiuniorum munera. ad noct.
Ecce tempus ydoneum
medicina peccaminum
quibus deum offendimus
corde vivis operibus. Qui
pius ac propicius nobis pep-
cit attemus ne nos cum
iniquis perdat tantas iniquita-
tibus. Nunc igitur ieiunijs
cum precibus lacrimis cunctis-
que bonis alijs placeamus
devotissime. Ut nos a
cunctis sordibus purgans

ornet virtutibus angelorum ac cetibus
coniungat in celestibus. Sit be-
nedictus genitor eiusque uni-
genitus cum spiritu paraclito trinus
et unus dominus. Amen. ad laudes
Clarum decus ieiunij mon-
stratur orbi celitus quod auctor
omnium cibis dicavit abstinens.
Hoc moyses carus deo legisque
lator factus est hoc helias per
currum levatur igneo. Hinc
daniel misterii victor leonum
viderat per hoc amicus intimus
sponsi iohannes claruit. Hec
nos sequi dona deus exempla
parsimonie tu robur auge-
mentum dans spiritale gau-
dium. Presta pater per filium presta
per almum spiritum cui sphera huius mun-
dus deus cognominis. Amen. ad compl.
Christe qui lux es et dies noctis
tenebras detegis lucisque
lumen crederis lumen beatum pre-
dicans. Precamur sancte domine
defende nos in hac nocte sit
nobis in te requies quietam
noctem tribue. Ne gravis
sompnus irruat nec hostis
nos subripiat nec caro illi con-

sentiat nos tibi reos statuat
Oculi somnum capiant cor
ad te semper vigilat dextera tua
protegat famulos qui te diligunt
Defensor noster aspice insidian
tes reprime guberna tuos fa
mulos quos sanguine mercatus
es Memento nostri domine in gravi
isto corpore qui es defensor anime
adesto nobis domine Deo patri sit
gloria eiusque soli filio cum spiritu pa
raclito in sempiterna secula. dominica ij ad vesperas
Audi benigne conditor
nostras preces cum fletibus in hoc
sacro ieiunio fusas quadrage
nario Scrutator alme cordi
um infirma tu scis virium
ad te reversis exhibe remissio
nis gratiam Multum quidem
peccavimus sed parce confitenti
bus ad nominis laudem tui con
fer medelam languidis Sic
corpus extra conteri dona per
abstinentiam ieiunet ut
mens sobria a labe prorsus cri
minum Presta beata trinitas con
cede simplex unitas ut fruc
tuosa sint tuis ieiuniorum
munera Amen Dominica iij ad vesperas

Iam ter quaternis trahitur horis
dies ad vesperum occasum sol
pronuncians noctis redire tempora
Ut nox tenebris obsita eius
prophetas tempus quod sic mortalibus
reddit diem mortalibus Nos
ergo signo domini tutemur nostra
pectora ne serpens ille callidus
intrandi temptet aditus
Sed armis pudicitie mens
fulta vigil libere sobrietate co
mite hostem repellet improbum
Sed nec ciborum crapula tandem
distentat corpus ne vi per soporum
animam ludificatam polluat
Laus honor virtus gloria deo
patri cum filio sancto simul paraclito
in sempiterna secula Amen ad nocturnos
O Nazarene dux Bethlehem
Verbum patris ex partu sal
vum virginalis prodit adesto
castis Christe parsimoniis festum
que nunc rex serenus aspice ie
iuniorum dum litamus victima
Nil hoc profecto purius misti
co quo fibra cordis expiari
lividi in certa quo domari
insectum anima prius [illegible] ne
residans crapula obstrin-

gnilate mentis in ieiunium
sumat. Sit christum in uni-
tate gloria trinitatem in trinita-
te gratia perpetuis honor atque iu-
bilatio nunc temporis cum
beniuolencia ieiuniorum
accepitandi munera. ad laudes
Summi largitor premii
spes qui es unica mun-
di preces intende seruorum
ad te deuote clamancium
Nostra te consciencia graue offen-
disse monstrat quam emun-
des supplicamus ab omnibus
piaculis. Si renuis quis
gloriosa nostra sumat precamina
qui pro nobis exte natus regnat
super ethera ut sua karitate
nostra deleantur peccamina
R. Beata es uirgo maria. l. iij
Sancta dei genitrix que digne uirgo maria
meruisti concipere et pa
rere eum quem totus orbis
nequiuit comprehendere tuo pio
interuentu culpas nostras ab
lue ut perhennis sedem glorie
per te uirgo redempti ualeamus
scandere ubi manes et regnas
cum tuo filio sine tempore. Tu R.
Felix namque es sacra uirgo et

Multe filie regum congregauerunt diuitias tu sola sancta dei genitrix supergressa es uniuersas

iste aut ps lectiones fa dicatur de domina sabbatis scilicet feria v. Infra adventum. Speciem tuam. Gradualis. Eructavit. Alleluia. Ave Maria. Offertorium Sicut letancium. Presidium. Diffusa. Secundum commune gratiam. Cum duobus sequentibus. Feria duo de ix. vo. tercium. Salve nobis. Feria iiij. et sabbato quando dicitur feria vel ut alicuius sancti adventus. Gaudeamus. Cum sequentibus. In ps vel de vo. ix. Rx. de iij. vo. Alleluia. Post partum. Dominus regnavit. Cum aliis capitulis. Ergo quaesivimus. Gloriosa dicta. Audi filia. Adventum. Beata es virgo gloriosa regina mundi intercede pro nobis ad dominum. Oratio de domina.

Beatae et gloriosae semper virginis dei genitricis Mariae nos quaesumus domine intercessio prosequatur et tuam nobis indulgentiam semper impetret. Sancti spiritus gratia. Sancti spiritus quaesumus domine corda nostra muniat interius et tuae consolationis secundum virtutis in tuam aspectum servierit. Io.

Beati Iohannis apostoli tui et evangelistae domine precibus adiuvemur ut quod possibilitas nostra non obtinet eius nobis intercessione donetur. De omnibus.

Infirmitatem et fragilitatem nostram quaesumus domine propicius respice et mala omnia quae iuste meremur omnium sanctorum tuorum intercessione placatus averte. Orationes ut supra in vigilia adventus. Rx. Rex Christe. Genito Maria virgo. Gloria. Post partum. Gloria deus in unum Benedictum. Laudate adventum. Canticum. Annuncio. Rx. Iesu Christe. Qui venturus. Alleluia. Alma virgo Maria quae genuisti Christum intercede pro nobis. Kyrie. Christe. Kyrie. Gloria. Et in terra. Bendicamus verbum caro. Credo in deum. Cantus domini virginare. Speciosa. Venerantes. Post partum. Ora pro nobis domine. Ex dominus nobis.

Porrige nobis quaesumus domine deus dexteram tuam et per intercessionem beatae dei genitricis virginis Mariae auxilium nobis semper tuum impende. Mentes nostras quaesumus domine spiritus sanctus qui a te procedit illuminet et inducat in omnem sicut tuus promisit filius veritatem.

Pietatis quaesumus omnipotens deus ut verbum caro factum pro quo beatus Iohannes apostolus tuus et evangelista praedicavit semper habitet in nobis. De omnibus sanctis.

Vide dñe infirmitatẽ ⁊ singu-
laritatem nostram ⁊ intercedentibꝫ
omnibus sanctis tuis celeri nobis py-
etate succurre Ad iij^am vi^am ⁊ ix^am ps^9
maria ut Gloria tibi dñe Ad ter-
ãã Alma virgo ps Letatus sum Qui
dixit Ba omnis Cap^m Et sic in syon
firmata sum in civitate Sancta dei genitrix ꝟ
Post partum virgo inviolata permansisti ꝟ Post partum
Concede qs famulos tuos ut s^r in
ꝑr de sancto spiritu oratio C
Mentibus nostris qs dñe spiritum
sanctum benignus infunde cu9
⁊ sapientia conditi sumus ⁊ providencia
gubernamur Sit qs dñe beatus
iohannes apostolus tuus ⁊ ewangelista
nostre fragilitatis adiutor ⁊ pro nobis
tibi supplicans copiosius audiatur
Omnium sanctorum tuorum qs dñe
supplicatione placatus ⁊
veniam delictorum nostrorum nobis tri-
bue ⁊ remedia sempiterna concede Ad
sextam ps^i Sepe expugnaverunt dep
similis dñe vocem Sancta dei genitrix
virgo semper maria intercede pro nobis
ad dominum ihesum christum Cap^m Et radi-
cavi ℟ Post partum ꝟ Dignare me
Protege qs domine fideles tu-
os subsidiis pacis ⁊ beate
marie patrociniis confidentes a
cunctis hostibꝫ ⁊ periculis nos red-
de securos Illo nos igne qs
dñe spiritus sanctus inflammet quem
dominus noster ihesus christus misit in
terram ⁊ voluit vehementer ac-
cendi Assit ecclesie tue qs dñe
beatus iohannes apostolus tuus ⁊ ewan-
gelista ut cuius extitit doctor
semper non desinat esse suffraga-
tor Omnes sancti ⁊ electi tui qs do-
mine nos hic ⁊ ubiqꝫ letificent
⁊ adiuvent ut dum eorum merita
recolimus patrocinia sentiamus
Ad ix ps Mirabilia Ecce tu
um Ecce nunc ã Sancta maria
virgo intercede pro toto mundo
quia genuisti regem orbis Cap^m
Sicut cynamomum ⁊ bal-
samum aromatizans odorem
dedi quasi mirra electa dedi su-
avitatem odoris Dō g̃ ℟ Dignare
me Speciosa facta es Oratio
Beate marie qs domine
nobis prosit oratio ⁊ quam
plebs tua devoto veneratur
obsequio suffragari sibi pre-
o virgine expetat auxilio
Assit nobis qs dñe virtus

spiritus sancti que corda nostra clementer expurget et ab omnibus semper tueamur adversis. Oct. io. ev.

Presta quesumus omnipotens deus ut excellencia tibi quam verbis apostolus tuus et evangelista asserunt et competenter intelligere valeamus et veracius profiteri.

Omnes sancti tui domine ante ubi postulent indulgenciam et remissionem omnium peccatorum et inventum puritatem ut ad illorum pertingere valeamus claritatem. Per.

Initium sancti evangelii secundum Matheum

Liber generationis ihesu christi filii david filii abraham. Abraham genuit ysaak. Ysaac autem genuit iacob. Iacob autem genuit iudam et fratres eius. Iudas autem genuit phares et zaram de thamar. Phares autem genuit esrom. Esrom autem genuit aram. Aram autem genuit aminadab. Aminadab autem genuit naason. Naason autem genuit salmon. Salmon autem genuit booz de raab. Booz autem genuit obeth ex ruth. Obeth autem genuit yesse. Yesse autem genuit david regem. David autem rex genuit salomonem ex ea que fuit urie. Salomon autem genuit roboam. Roboam autem genuit abyam. Abias autem genuit asa. Asa autem genuit iosaphat. Iosafat autem genuit ioram. Ioras autem genuit oziam. Ozias autem genuit ioatham. Ioatham autem genuit achaz. Achaz autem genuit ezechiam. Ezechias autem genuit manassen. Manasses autem genuit amon. Amon autem genuit iosiam. Iosias autem genuit iechoniam et fratres eius in transmigratione babilonis. Et post transmigrationem babilonis Iechonias genuit salatiel. Salatiel autem genuit zorobabel. Zorobabel autem genuit abiud. Abiud autem genuit eliachim. Eliachim autem genuit azor. Azor autem genuit sadoch. Sadoch autem genuit achim. Achim autem genuit eliud. Eliud autem genuit eleazar. Eleazar autem genuit mathan. Mathan autem genuit iacob. Iacob autem genuit ioseph virum marie de qua natus est ihesus qui vocatur christus

Incipit dominica prima in adventu

In diebus
illis dicit dominus
nos audi
vimus ex
ore prophetarum
quia ipse est
qui venturus est cum virga flo
ruit de radice yesse hunc impuri
regnum super omnia regna mundi · ps
Benedictus. Antiphona Dominum salvatorem
nostrum expectamus qui dat salutem
corpori nostro et conferet in nobis cla
ritatem suam · ps · Exaltabo. Antiphona
Gabriel angelus apparuit marie
dicens ave gratia plena dominus
tecum benedicta tu inter mulieres
et benedictus fructus ventris tui ps
Lauda anima. Antiphona · Maria dixit ·
qualis est ista salutacio quia
conturbata est anima mea et quia
paritura sum regem qui claustrum
virginitatis meum non violet ps
Laudate. Antiphona · Audit angelus spiritus sanctus
superveniet in te et virtus altissimi
obumbrabit tibi ideoque et quod nascetur
ex te sanctum vocabitur vere altissimi filius
dei ps · Laudate dominum de celis. Capitulum

Deus pacis sanctificet vos
per omnia integre spiritus vester
anima et corpus sine que
rela in adventu domini nostri Ihesu
Christi servetur. Deo gratias R

Ecce dies veniunt dicit dominus et
suscitabo David germen iustum et
regnabit rex et sapiens erit et faciet
iudicium et iusticiam in terra · Et
hoc est nomen quod vocabunt eum
dominus iustus noster. V. In diebus illis
salvabitur iuda et israel habitabit confi
denter. Et hoc. Imnus Veni redemptor
gencium presbiter versum Precepe iam
qui solium dei in nocte require v. Rora
te celi. Ad magnificat Antiphona Ecce nomen
domini venit de longinquo et cla
ritas eius replet orbem terrarum ps
Magnificat oracio Excita quesumus domine
potenciam tuam et veni ut ab im
minentibus peccatorum nostrorum periculis
te mereamur protegente eripi te
liberante salvari per Qui. Antiphona
Missus est gabriel angelus ad ma
riam virginem desponsatam Io
seph. V. Ave maria. Oracio Deus
qui de beate marie virginis ute
ro verbum tuum angelo nunciante
carnem suscipere voluisti presta
supplicibus tuis · ut qui vere eam
dei genitricem credimus eius
apud te intercessionibus adiuvemur ·
Per eundem. Ad completorium ps Cum invo
carem sequitur. Consuetis concludendo
cum alleluia. V. Conditor alme Capitulum

Placentes estote in con
firmate corda vestra quia
adventus domini appropinquabit. Deo gratias. V.

Emitte agnum dn̄e dn̄atorem· t̄re De petra deserti ad montē filye syon aū Qui uenturus ē ueniat ⁊ non tardabit iam nō erit timor· i finibz uris ps Conueniunt pariter consuete uia P ropecto domine omnibus i no cantibz te i ueritate ut i aduentum filii tui unigeniti dn̄i nri ihū xp̄i placitis t̄ actibus puenīt ꝑ eundem Et t̄ d3 dia compl̄t ptot aduē tum pēqm̄ i fest conceptionis marie nisi q p̄ duas eb com d̄ alia aū ad inuitatoriū ihū vi Ecce uenit rex occurramus obuiā Saluatori nro· Venite exult p̄. Hymnum supnum In p̄ n̄ aū Hora ē iam nos desompno surgē ⁊ apti sūt oculi nri surgē ad xp̄m quia lux uera est fulgens in celis ps Beatus uir cū ix sequentibz obmiss ut Cum i uocarem Verba mea au q̄z sp̄ nr̄ concludunt ē gla· p̄ri· v̄ Egredietur uirga de radice yesse· Et flos de radice eius ascendet· Sequit̄ lectio prima

Uisio ysaie filii amos quam uidit sup iudeam ⁊ ierlm· i diebus ozie ioathan achaz ⁊ ezechie regum iuda· Audite celi· ⁊ auribus pcipe terra·

Quā dn̄s locutus ē· Filios enutriui ⁊ exaltaui· ipsi autem spreuerunt me· Cognouit bos possessorem suum· ⁊ asinus psepe dn̄i sui· isrl̄ aūt me nō cognouit· ⁊ ppls meus non intellexit· Tu aūt Aspiciens a longe ecce uideo dī potenciam uenientem ⁊ nebulam totam t̄ram tegentem Ite obuiā ei ⁊ dicite· Nuncia nobis si tu es ipse· Qui regnaturus es in ppl̄o isrl̄· v̄ Quiqz terrigene ⁊ filii hoim simul i unum diues ⁊ paup· Ite o v̄ Qui regis isrl̄ intende qui deducis uelud ouem ioseph· Nuncia v̄ Tollite portas principes uestras ⁊ eleuamini porte eternales et introibit rex glē· Qui reg̃· Gla p̄ ⁊ fi· ⁊ tunc resume R̄ Aspi lc̄ ij

Ue genti peccatrici· populo graui· iniquitate· semini nequā· filiis sceleratis· Dereliquerunt dn̄m· blasphemauerunt scm̄ isrl̄· alienati sunt retrorsum. Sup quo pcutiam uos ultra addentes preuaricationem Omne capud languidum ⁊ omne cor merens· a planta pedis usqz ad uerticem non est i eo sanitas uolnus ⁊ liuor ⁊ plaga tumens non ē circumligata ⁊

n' circumligata medicamine neque
fota oleo. Hec dicit dominus. R.
Aspiciebam a longe et ecce in uisu noctis
et ecce in nubibus celi filius hominis
uenit. et datum est ei regnum et honor.
Et omnes populi tribus et lingue ser-
uient ei. V. Potestas eius potestas eterna
que non auferetur et regnum eius
quod non corrumpetur. Et omnes
Terra uestra deserta ciui-
tates uestre succense
igni. Regionem uestram coram
nobis alieni deuorant. et
desolabitur sicut in uastitate
hostili. Et derelinquetur filia sy-
on ut umbraculum in ui-
nea. et sicut tugurium in cu-
cumerario. sicut ciuitas que
uastatur. Nisi dominus exerci-
tuum reliquisset nobis semen
quasi sodoma fuissemus. et quasi
gomorra similes essemus. R.
Missus est gabriel angelus ad mariam
uirginem desponsatam ioseph
nuncians ei uerbum et expauescit
uirgo de lumine ne timeas maria
inuenisti gratiam apud dominum ecce con-
cipies et paries. Et uocabitur altissimi
filius. V. Dabit illi dominus deus
sedem dauid patris sui eius et regnabit
in domo iacob in eternum. Et uoca-
In iiiª iiª aduentus. Nox precessit.
dies autem appropinquabit. abiciamus ergo
opera

tenebrarum et induamur arma lucis
sicut in die honeste ambulemus
Ps. Conserua me. Ps. Diligam
te. Ps. Exaudi. V. Egredietur dominus
de loco sancto suo. Veniet ut saluum
faciat populum suum. Lectio quarta
Audite uerbum domini
principes sodomorum
auribus percipe legem dei nostri
populus gomorre. Quo michi
multitudinem uictimarum
uestrarum dicit dominus. Plenus sum
holocausta arietum et adipem
pinguium. et sanguinem
uitulorum et agnorum et hyrcorum
nolui. Cum ueneritis ante con-
spectum meum. quis quesiuit
hec de manibus uestris. ut ambu-
laretis in atriis meis. Hec dicit. R.
Aue maria gratia plena dominus tecum
spiritus sanctus superueniet in te et uirtus
altissimi obumbrabit tibi. Quod
enim ex te nascetur sanctum uocabi-
tur filius dei. V. Quomodo fiet istud
quoniam uirum non cognosco et respondens
angelus dixit ei. Quod enim. Lectio v
Kalendas uestras et solempni-
tates uestras odiuit et
anima mea. facta sunt michi
molestia laborauit sustinens
Et cum extenderitis manus
uestras. auertam oculos meos
a uobis. Et cum multiplica-

nitis orationes vestras non ex-
audiam. Manus enim vestre
plene sunt sanguine. La-
vamini et mundi estote. au-
ferte malum cogitationum
vestrarum ab oculis meis. Quie-
scite agere perverse. discite bene-
facere. Hec dicit. R. Salvatorem
expectamus dominum ihesum christum. Qui
reformabit corpus humilitatis nostre
configuratum corpori claritatis
sue. V. Sobrie et iuste et pie vivamus
in hoc seculo expectantes beatam spem
et adventum glorie magni dei. Q.

Quite iudicium subve-
nite oppresso iudicate
pupillo. defendite viduam.
et venite et arguite me dicit
dominus. Si fuerint peccata vestra
ut coccinum. quasi nix dealba-
buntur. Et si fuerint ru-
bra quasi vermiculus. velud
lana alba erunt. Si volu-
eritis et audieritis me bo-
na comedetis. Quod
si nolueritis. et me ad ira-
cundiam provocaveritis. gladius
gladius meus devorabit
vos. quia os domini locutum
est. Hec. R. Audite verbum
domini gentes et annunciate illis
que procul sunt dicite in finibus
terris. Et in insulis que procul

sunt dicite salvator noster adveniet.
V. Annunciate et auditum facite.
loquimini et clamate. Et in insulis.
In iiii. n. an. Scientes quia hora
est iam nos de sompno surgere
nunc enim propior est salus nostra quam
cum credidimus nox precessit dies
autem appropinquabit. ps. Ecce enim.
ps. Exaudi. ps. Domine in virtute tua.
ut supra. an. Ecce veniet propheta magnus
quem expectabam ut redimat
mundum cuius magna potestas. V. Ex syon
species decoris eius Deus manifeste
manifeste veniet. Secundum Matheum.

In illo tempore. Cum appropinquasset
ihesus iherosolimis et venisset
bethphage ad montem oli-
veti. tunc misit duos de
discipulis suis dicens eis.
Ite in castellum quod contra vos
est. et statim invenietis asi-
nam alligatam. et pullum
cum ea. Solvite et adducite
michi. Et reliqua. Omelia beati Iohannis episcopi.

Mediator dei et homi-
num homo christus qui pro
humani generis salute de ce-
lo descendit ad terras. Ap-
propinquante iam tempore redemptionis
nostre hora. sacramenta per
ficiebantur. proque eterne
vite iam olim similitu-
do multis modis signabat

Vnde ait ewangelista · ut i
pncipio lectionis audiuimus · Cum appropinquasset ihe-
rosolimis et uenisset beth-
phage ad montem oliueti. et cetera.
R̷ Ecce uirgo concipiet et pariet
filium dicit dominus et uocabitur nomen
eius · Admirabilis deus fortis ·
V̷ Super solium dauid et super regnum
eius sedebit in eternum · Admirabilis lectio
Iherusalem uisio pacis in-
terpretatur · Quo nomine etiam
in interpretatione eterne ciuita-
tis id est celestis regni gaudium
significat · ubi est uera et
sempiterna leticia iustorum
et electorum dei · Ad quam nos tunc
tandem atque perducendum
filius dei coequalis in omni
gloria patris sui · descendit de celo
in humanam carnem quam
suscepit · sua passione ad
eandem celestem ierosolimam
portas nobis aperire uolens
ibus manifestauit · Tu autem. R̷
Ob secro domine mitte quem missurus
es · uide afflictionem populi tui · Sicut lo-
cutus es ueni et libera nos · V̷ Ab
ortu et occasu ab aquilone et
mari · Sicut locutus · Lectio ix

Que pertinet omnibus
omnino fidelibus
et infidelibus usque ad ad ue-
nium ipsius in hunc mundum
per primi hominis peccatum clau-
se fuerant · Bethphage uero
domus panis dicitur · eo quod
sacerdotum uiculus erat situs
iuxta montem oliueti · ubi
panes et uictime parabantur
ad hostias offerendas in
templo · Mons namque oli-
ueti ideo dicitur · quia plenus
est arboribus oliuarum unde
oleum ad luminaria in templo
domini ferebatur · Tu autem. R̷
Letentur celi et exultet terra iubila-
te montes laudem quia dominus
ueniet · Et pauperum suorum misere-
bitur · V̷ Ecce dominator dominus cum
uirtute ueniet · Et pauperum su.
Et sciendum quod per totum aduentum
et a septuagesima usque ad pascha non
dicitur · Te deum laudamus sed loco
eius repetitur R̷ · nisi in festis
ix · lectionum et solum non in duabus
sabbatis septuagesime quando te deum di-
citur in utroque · alias non nisi per tot-
tum excepto quod quando te deum non dicitur
in festis · [illegible] quod idem per nocturnales
uel in suprapositum dicendi sunt dic-
bus dominicas per totum aduentum · V̷ Vox
clamantis in deserto parate uiam
domini rectas facite semitas dei nostri
Ad laudes in primis aduentu · A̷ In illa
die stillabunt montes dulcedinem

ꝛ colles fluent lac ꝛ mel antiph.
Iocundare filia syon exulta sa
tis filia ierlm ant. Ecce dns ueniet
ꝛ omnes sci eius cum eo ꝛ erit
in die illa lux magna alla ant.
Omnes sicientes uenite ad aqs
querite dnm dum inueniri potest
ant. Ecce ueniet pp̄ha magnus
ꝛ ipse renouabit ierlm. Capitulum
Fratres. Scientes quia hora
est iam nos de sompno sur
gere. nunc enim propior est nostra
salus quam cum credidimus.
nox precessit dies appropinquauit.
Ds. ys. Vox clara. ꝟ. Vox clam
ant. Spc scs in te descendet maria
ne timeas habebis in utero filium dei
ps. Bndcs. oro Excita dne
Qua conclusa i mediate sub
oro Ds qui de bte. Et sic d
post aduent siue i mat siue in
vs. qn ant sr magt ur de bta
e debita uirgine alias no in
matutis p̄ uersum dnicale d
icta ant. Spus scs in te desc. ꝟ.
Angls dni nunciauit marie
Et concepit de spu sco. or. Ds
qui de bte marie. In vis aut
fiet ut uen. Hec etiam i festis
ix. lectionum usqz ad vigiliam
natiuitatis inclusiue. prt qz i festo
Conceptionis. p̄ h fiat come
d sco l oct si e. Et no qz pc
laudum vz. Domine rex. ad
sequentibus vero oibz diebz dnic
dur post annum post epiphaniam
usqz ad pascha exclusiue. Et
alias post annum qn no tenet
nocturnus ꝛ ita exceptis duo
diebz ante pascha. Et no qz p.
tot annum oro q dicit ad ma
tutinas. dicenda est ad tercia.
vi. ix. ꝛ in scdis vis si tenet
Item primum pdcm i matut
ꝛ i vis dur post ad ueniu
qn agit de tempore. usqz ad
vigiliam natiuitatis i exclu
siue primam primus. Iam lu
cis orto. antiph. Saluatorem nrm
expectamus dnm nrm ihm xpm.
qui reformabit corpus humi
litatis nre. configuratum cor
pori claritatis sue. ps. Ds ds
ms respice. cum iiij. sequntur
Ds i nomine tuo. ps. Confitemini
ps. Bti immaculati. ps. Retribue
suo. ps. Quicumqz vult saluus
Quoslibz duos concludendo
cum gla pri. Capitulum Domine
miserere nri te. ꝛ. Xpe filii dei
viui miserere nobis. ꝟ. Qui uen
tus es i mundum. preces co
suete ꝛ in fine addit. Depcti
dis. Adiutorium p. n. Nunc
sancte nobis spc. ꝛ. Veni ꝛ libe
nos ds nr. Capitulum. Fratres

Scientes quia hō R̄ Veni
ad liberandum nos domine deus
uirtutum V̄ Ostende faciem tuam
et salui erimus. Dñe. Glā patri
Veni V̄ Timebunt gentes nom̄
tuū domine. Et omnes reges Oro
uēs. Ad pciā R̄. Ecce dies ue
niunt. ꝯ Iustacione añ Gabriel
aum ū i ordie copetenti. Inued
dum R̄. Letentur celi. Ad vi R̄.
Rector potens añ Tuam domine
potentiam excita et ueni ad saluā
dum nos ps Defecit ī s Capitu
Nox precessit dies autē
appropinquauit. abiciamus
ergo opera tenebrarum et induamur
arma lucis sicut in die ho
neste ambulemus Deo R̄
Ostende nobis dñe misericordiam tuam. Et
salutare tuum da nobis. misericor
V̄ Memento nostri dñe in beneplacito
ito ppli tui V̄ Visita nos in salutari
tuo Ad ix. principium Rector deus
uerax ps Mirabilia testi Cap
Non in comessationibus
et ebrietatibus non in cubili
bus et inpudicicijs. non in conten
tione et emulatione. sed in
duimini dnm ihm xpm Deo grās R̄
Super te ierlm orietur dominus. Et
gloria eius in te uidebitur. Orietur deus V̄
Et syon species decoris eius Deus
noster manifeste ueniet. Ante añ

Ad añ ad ex Iterum aduentu
erue nos domine

i v et ix Sunma dicenda sunt ad hos
pror aduentum ipm te. de aduent
usque ad uigiliam natiuitatis.
exclusiue. Et sciendum quod ad primam
et ad iij. vj. ix. dicuntur primam
pdicti pror annum preter quam adue
natiuitatis dni usque ad oct epyph
inclusiue et in die purificacionis
et a mag v. feria usque ad pasch
et a pasch usque ad oct exclusiue
et a pentecoste usque ad fest sce
trinitatis exclusiue et in die ce
nam. Item ps pdcti ad primam
dicuntur omnibus diebus dnicis quando
non agitur de aliquo sco vel de oct
aliquos sca. l. s. ceni excepto q
a lxx usque ad xlmam dni loco
Confitemini. d. Deus in nomine
tuo m Qui uero dnico agitur
de sco ut de oct aliquos sca solum
ultimum v. ps de pdictis dicitur dicu
et illi eciam soli dicuntur diebus
dnicis inf pasch et usque ad di
em sce trinitatis inclusiue preter
tres dies añ pasch. et octauam
pasche et die ceni tam nouella
specialiter uideat. In ijs ius ps i
Dixit dominus domino meo
vt in psalterio habetur ad magt anth
Ne timeas maria inuenisti
enim gratiam apud dnm ecce con
cipies et paries filium alla ps
magt oro ut. Et uo que pdcti

p̄s dicit̄ p̄tot annu diebꝫ dn̄ic
i vs qui nō agi de scō l' oct
alian' sca exceptis dn̄icas inf
pascha ⁊ ascensione i hys duobꝫ
nun dicit i an. sr p̄s su añ
Nō q diebꝫ dn̄icas a principio ad
uentus usq; ad dn̄icam post
oct epy excluśive ⁊ omnibꝫ fest
p̄ter i matutin x sp est uē cap
i matutin i tā ⁊ i ys vō su tenet
In vj aute ⁊ i nona se a c cap
Et nō q i aduentu p̄ebdom
qui nō e fest ix lectionu tenea
se ēcias i die sabbti i matutis
⁊ in laudibꝫ p̄s ⁊ an fiales au
matutin' in qbꝫ spales laudes
hntr unde ubi simile i vs dicat
an ⁊ p̄s fiales quousq; icipit
O sapia. fia ij. Inuitatoriu
Regem uenturum dominum Venite
adoremus p̄s Venite. Inuitr
Verbum supernum añ Domine
defensor p̄s Domine illumina
mea ẏ Egredietur uirga de radi
Et nō q Inuitatorium istud
tenet p̄ duas septimanas diebꝫ
ferialibꝫ i vl p̄ dici dn̄ice tenet
at p̄mo die q tenet fia ij. ⁊ ij
ꝯ ⁊ terus iiij ⁊ reinutatur
quum nāc fuit ⁊ sic tenet usq; a
ad vigilias natuit. Lco pri

Quomodo facta est i
uenter civitas ple

iudicii. Iusticia habitavit i ea
nunc autem homicide. Argentum
tuum versum est i sco
riam. vinum tuū mixtū
ē aqua. Principes tui i fide
les socii furum. Omnes
diligunt munera. sequunt
retribuciōes. R Ecce Obmisso i
ꝯ dicantur prima die q tenetur
fia. ij tantu quatuor ⁊ ij die v
vj. vij. ⁊ iij die viij. viiij ix. i
alijs autē septimanis p̄o die dn̄ic
p̄a ta ij 3a media 3a ultima
ta. Et quocienc nāc fuit resumi
R Aspiciebam i visu. Lco ij.

Pupillo nō iudicant
et causa uidue non
ingreditur ad eos. Propt
er aīt dns exercitum fortis
israel. Ego consolabor sup
hostibꝫ meis ⁊ vindicabor
de inimicis meis. Et conu
tam manum meam ad te
et coquam ad purum sco
riam tuam ⁊ auferam
omne stagnum tuum ⁊ resti
tuam iudices tuos ut fu
erunt prius. consiliarios tu
os sicut antiquitus. R
Missus est angls gabriel ad m

Syon iudicio redi
metur ⁊ reducent
eam i iusticia ⁊ conuerten

scelerati et peccatores simul·
et qui dereliquerunt dominum
simul consumentur· Confundentur enim ab idolis quibus
sacrificaverunt· et erubescetis
super ortis quos elegeratis cum
fueritis velud quercus defluentibus foliis· et velud ortus
absque aqua· Et erit fortitudo
vestra ut favilla stuppe et opus
vestrum ut scintilla· et succendet
utrumque simul· et non erit
qui extinguat· Hec dicit dominus·
R. Ave maria V. Ecce idem in laudibus
preces que dicuntur de adventu R.
Capitulum vesperis dominica ad benedictus antiphona
Angelus domini nunciavit marie
et concepit de spiritu sancto alleluia psalmus
Benedictus Oraciones vesperis Commemoracio
de beata virgine post oracionem dominicalem
Ymnus matutinis antiphona Spiritus sanctus V.
et oracio vesperis· In vesperis antiphona antiphona Missus
est ut heri Commemoracio de omnibus sanctis
in matutinis per antiphonam· Ecce dominus veniet
cum virtute et illuminabit
oculos servorum suorum V. Ibunt
sancti de virtute in virtutem videbitur
deus deorum in syon In vesperis per antiphonam·
Ecce dominus veniet et omnes
sancti eius cum eo et erit in die illa lux
magna alleluia V. Ecce apparebit
super nubem candidam Et cum
eo sanctorum milia V. Rorate dominica prima in adventu

Omnipotens mise-
ricors deus dominice visitacionis
purifica ut veniens unigenitus
filius tuus dominus noster
cum omnibus sanctis suis· paratam
sibi in nobis inveniat mansionem·
Qui tecum Et fiat
commemoracio in festis· In festis vesperis antiphona
Audivimus antiphona psalmus Dilexi quoniam exaudiet
cum aliis· Capitulum et oracio ut supra V.
ut in dominica· ad magnificat antiphona· Iherusalem
respice ad orientem et vide alleluia·
psalmus· Magnificat Feria iii· leccio prima

Verbum quod vidit ysayas
filius amos super
iudam et ierusalem· Et erit in novissimis
diebus preparatus mons
domus domini in vertice moncium
et elevabitur super omnes colles
et fluent ad eum omnes gentes·
et ibunt populi multi et dicent·
Venite ascendamus ad montem
domini· et ad domum dei
iacob· Et docebit nos vias
suas· et ambulabimus in semitis
eius· Quia de syon exibit
lex· et verbum domini de ierusalem·
Et iudicabit gentes· et arguet
populos multos· et conflabunt
gladios suos in
vomeres· et lanceas suas
in falces· Hec dicit dominus R.
Salvatorem expectamus dominum

Proiecisti populum tuum domum iacob: quia repleti sunt ut olim: et augures habuerunt ut philistiim: et pueris alienis adheserunt. Repleta est terra auro et argento: et non est finis thesaurorum eius. Et repleta est terra eius equis: et innumerabiles quadrige eius. Et repleta est terra eius ydolis opus manuum suarum adoraverunt quod fecerunt digiti eorum. Et incurvavit se homo: et humiliatus est vir: ne ergo dimittas eis. R. Audite verbum domini.

Oculi sublimes hominis humiliati sunt: et incurvabitur fortitudo virorum. Exaltabitur dominus solus in die illa: quia dies domini exercituum super omnem superbum et excelsum: et super omnem arrogantem: et humiliabitur. Super omnes cedros libani sublimes et erectas: et super omnes colles elevatos. Super omnem turrim excelsam: et super omnem murum munitum. Super omnes naves tharsis: et super omne quod visu pulchrum est. R. Ecce virgo concipiet. Ad viii. iii.

Antequam convenirent inventa est in utero habens de spiritu sancto. ps. Bnd

Aliud. Quinte dum diem in venitur pt i uocate eum dn ipe e. a. agt. f. iiii.

Hec dicit dominus. Cessate ab homine cuius spiritus in naribus eius: quia excelsus reputatus est ipse. Ecce enim dominator dominus exercituum auferet ab ierusalem et a iuda validum et fortem: et omne robur panis et omne robur aque. Fortem virum et bellatorem: iudicem et prophetam et ariolum et senem. Principem super quinquaginta et honorabilem vultu et consiliarium. Sapientem de architectis et prudentem eloquii mistici. R. Ecce virgo concipiet.

Et dabo pueros principes eorum: et effeminati dominabuntur eis. Et irruet populus vir ad virum: unusquisque ad proximum suum. Tumultuabitur puer contra senem: et ignobilis contra nobilem. Apprehendet enim vir fratrem suum domesticum patris sui. Vestimentum tibi est: princeps esto noster: ruina autem hec sub manu tua. Respondebit in illa die dicens. Non sum medicus: et in domo mea non est panis neque vestimentum. Nolite me constituere principem populi. Hec dicit. R. Obsecro domine.

Ruit ierlm iudas et conci
dit. quia lingue eorum
contra dnm ut provocarent o
culos maiestatis eius. Agni
tio vultus eorum respondit eis. et peccatum
suum quasi sodoma predicaverunt
neque absconderunt. Ve anime
eorum quoniam reddita sunt eis mala.
Dicite iusto quoniam bene sit ei quoniam
fructum adinventionum
suarum comedet. Ve impio in
malum retributio enim manuum
eius fiet ei. H. Ad vesperas antiphona
De syon exibit lex et verbum domini
de ierlm. ps. Vidimus. antiphona. Veniet
fortior me post me cuius non sum
dignus solvere corrigiam calciamen
torum eius. Magnificat. Feria v. lectio i.

Hec dicit dns populum
meum exactores sui spo
liaverunt. et mulieres dominate sunt
eis. Popule meus qui beatum
te dicunt. ipsi te decipiunt et
[gressuum tuorum] viam tuam dissipant. Stat
ad iudicium dns et stat ad iu
dicandum populos. Dns ad
iudicandum veniet cum senibus
populi sui et principibus eius. Vos
enim depasti estis vineam
meam. rapina pauperis in
domo vestra. Hec. Lectio secunda.

Quare atteritis populum
meum. et facies p
pauperum comminuitis dicit
dns. Pro eo quod elevate sunt filie
syon. et ambulaverunt extento
collo. et nutibus oculorum ibant et
plaudebant. Et pedibus suis composito [gressu]
gradu incedebant. Decalva
bit dns verticem filiarum syon et
dns crinem earum nudabit.
In die illa auferet dns or
namentum calciamentorum
et lunulas et torques et monilia
et armillas et mitras et disc
riminalia et murenulas et olo
factoriolas et inaures et anulos
et gemmas in fronte penden
tes. Et mutatoria et palliola
et linteamina et acus et spe
cula et syndones et vittas et
teristra. Hec dicit dns. Lectio tertia.

Et pulcherrimi viri
tui gladio cadent. et
fortes tui in prelio. Et merebunt
et lugebunt porte eius. et desola
ta in terra sedebit. Et apprehen
dent septem mulieres virum
unum in die illa dicentes. Panem
nostrum comedemus et vestimen
tis nostris operiemur. tantummodo
invocetur nomen tuum super nos
aufer obprobrium nostrum. In
die illa erit germen dni in ma
gnificentia. et gloria et fructus
terre sublimis. et exultacio

lius qui relictus fuerit in syon
et residuus in ierlm. Sanctus
omnis vocabitur qui scriptus
fuit in vita in ierlm. V. Ad vii.
Benedicta tu in mulieribus et benedictus
fructus ventris tui. ps. Benedixisti. Aña
Expectabo dominum salvatorem me
um et prestolabor eum dum prope est
Alleluia. Magt. Feria vi lectio prima
Si abluerit dns sordem
filiarum syon et sangui
nem ierlm laverit de medio
eius. spiritu iudicii et spiritu ardo
ris. Et creavit dns super omnem
locum montis syon. et ubi in
vocatus est nubem per diem
et fumum et splendorem ignis
flammantis in nocte. Super
omnem enim gloriam protectio
et tabernaculum erit in umbra
culum diei ab estu. et in securi
tate et absconsionem a turbine
et a pluvia. R. Dicit. Lectio secunda
Cantabo dilecto meo can
ticum patruelis mei et
vinee mee. Vinea facta est di
lecto meo. in cornu filii olei
et sepsit eam. et lapides elegit
ex ea. et plantavit eam electam
Et edificavit turrim in medi
o eius. et torcular extruxit in
ea et expectavit ut faceret uvas
et fecit labruscas. Nunc

ergo habitatores ierlm et viri iuda
iudicate inter me et vineam
meam. Quid est ut ultra debui
facere vinee mee et non feci.
An quod expectavi ut faceret u
vas et fecit labruscas. R. Hec.
Et nunc ostendam vobis quid
faciam vinee mee. Au
feram sepem eius et erit in
direptionem. Diruam ma
ceriam eius. et erit in conculca
cionem. et ponam eam deser
tam. Non putabitur neque
fodietur. et ascendent super eam
vepres et spine. et nubibus
mandabo ne pluant super
eam ymbrem. Vinea enim
domini exercituum domus israel
est. et vir iuda germen delecta
bile eius. et expectavit ut fa
ceret iudicium. et ecce iniquitas
et iusticiam. et ecce clamor. R.
Ad vii. Audi. Ecce veniet dns
et homo de domo david sedere in
throno. Alla. ps. Benedixisti. Audi
Ex egypto vocavi filium meum
veniet ut salvum faciet popu
lum. ps. Magt. Sabbato lectio prima
Hec dicit dns. Ve qui co
niungitis domum ad
domum. et agrum agro cop
ulatis. usque ad terminum
loci. Numquid habitabitis

nos soli in medio terre. In auri
bus meis sunt hec dicit dominus
exercituum. Nisi domus multe
deserte fuerint. grandes et pulchre
absque habitatore. Decem enim
iugera vinearum facient la
gunculam unam. et triginta
modii sementis facient
modios tres. Hec dicit. R. ij.

Ve qui consurgitis ma
ne ad ebrietatem sec
tandam. atque potandum usque
ad vesperam. ut vino estue
tis. Cythara et lyra et tympanum
et tybia et vinum in conviviis
vestris. et opus domini non
respicitis. nec opera manuum
eius consideratis. Propterea cap
tivus ductus est populus meus.
quia non habuit scientiam. et no
biles eius interierunt fame et
multitudo eius siti exaruit.
Propterea dilatavit infernus
animam suam. et aperuit os
suum absque ullo termino. R. iij.

Hec dicit dominus. Ve qui trahitis
iniquitatem in funiculis va
nitatis. et quasi vinculum plaustri
peccatum. Qui dicitis festinet
et cito veniat opus eius. ut
videamus et appropiet et veniat
consilium sancti Israel. et sciemus illud
Ve qui dicitis malum bonum. et
bonum malum. ponentes
tenebras lucem. et lucem te
nebras. ponentes amarum in
dulce et dulce in amarum. Hec dicit. R.
Syon noli timere ecce deus tuus
veniet tibi alleluia. Dominica ij.
ad vesperas antiphona Benedictus dominus. psalmus
Benedictus. Capitulum et hymnus sicut in sabbato
dominica imposita fuit. O sapientia
psalmus. nunc capitulum ymnus versus oratio de do
minica in qua sequitur ix. prima ad nonam
nisi sit vigilia. antiphona super magnificat
Leva Ierusalem oculos et vide potentiam re
gis ecce salvator veniet solvere
te a vinculis. psalmus Magnificat. Commu
nis. Invitatorium. Invitat. Rex
noster adveniet christus. Quem iohannes
predicavit agnum esse venturum. Feria
ij. an. ps. ii noct. Lectio prima.

In anno quo mortuus
est rex Ozias. vidi dominum se
dentem super solium excelsum
et elevatum. et ea que sub ipso
erant replebant templum.
Seraphim stabant super illud.
sex ale uni et sex ale alteri.
Duabus velabant pedes eius
et duabus volabant. et cla
mabant alter ad alterum et
dicebant. Sanctus. Sanctus. Sanctus dominus
deus exercituum. plena est omnis
terra gloria eius. Hec dicit. R.
Ierusalem cito veniet salus tua quare

merore consumeris. nunquid con-
siliarius non est tibi quia innov-
avit te dolor. Salvabo te et libe-
rabo te noli timere. V. Israel si me
audieris non erit in te deus recens
neque adorabis deum alienum ego
enim dominus. Salvabo. lectio vi.

Et commota sunt super-
liminaria a voce clam-
antis et domus impleta est
fumo. Et dixi Ve michi qui-
a tacui. quia vir pollutus la-
biis ego sum. et in medio po-
puli polluta labia habentis e-
go habito. et regem dominum exercituum vidi ocu-
lis meis. Et volavit ad me
unus de seraphim et in manu
eius calculus quem forcipe
tulerat de altari. Et tetigit
os meum et dixit michi. Ecce
tetigit hoc labia tua et auferetur
iniquitas tua et peccatum tuum
mundabitur. Hec dicit. R.
Ecce dominus veniet et omnes
sancti eius cum eo et erit in die illa lux
magna. Et exibunt de ierusalem sicut aqua
munda. Et regnabit dominus in eternum
super omnes gentes. V. Ecce cum
virtute veniet et regnum in manu
eius et potestas et imperium. Et exi. l. vii.

Et audivi vocem domini di-
centis. Quem mittam
et quis ibit ex nobis. Et dixi
Ecce ego mitte me. Et dixit
Vade et dices populo huic. Audite au-
dientes et nolite intelligere et
videte visionem et nolite co-
gnoscere. Excecta cor populi huius et
aures eius aggrava et oculos
eius claude. ne forte videant
oculis et auribus suis audiant
et corde suo intelligant et conver-
tantur et sanem eos. Et dixi
usquequo domine. Et dixit. Donec de-
soletur civitas absque habitatore
et domus sine homine. Hec dicit. R.
Ierusalem surge et sta in excelso
et vide. Iocunditatem que veniet
tibi a deo tuo. V. Leva in circuitu
oculos tuos et vide et contemplare. Io

Terra cum relinquetur
deserta. Et longe faciet
dominus homines. et multi-
plicabitur que derelicta fu-
erat in medio terre et adhuc in ea
decimatio et convertetur. et erit
in ostensionem sicut terebintus
et sicut quercus que expandit
ramos suos. Semen sanctum e-
rit id quod steterit in ea. Hec dicit. R.
Civitas ierusalem noli flere quia do-
luit dominus super te. Et auferet
a te omnem tribulationem. V. Ecce in
fortitudine veniet et brachium
eius dominabitur. Et auferet. l. v.

Et factum est in diebus achas

hunc

filii ioathan filii ozie regis
iuda ascendit rasin rex sy-
rie et facee filius romelie
rex israel in ierusalem ad preliandum
contra eam. et non potuit de-
bellare eam. Et nunciave-
runt domui david dicentes
Requievit syria super effra-
ym. Et commotum est cor eius
et cor populi eius sicut ligna
moventur vento. Et dixit
dominus ad ysaiam. Egredere
in occursum achaz tu et qui de-
relictus est iasub filius tuus
ad extremum aque ductus
que superioris piscine in via agri
fullonis. R. Ecce veniet do-
minus protector noster sanctus israel. Coronam regni
habens in capite suo. V. Et dominabitur
a mari usque ad mare et a flumine
usque ad terminos orbis terrarum. Co-

Et dices ad achaz. Vide
ut sileas et noli timere
et cor tuum ne formidet. a duabus
caudis titionum fumi-
gantium istorum in ira furoris
rasin et syrie et filii romelie
eo quod consilium inierit contra
te syria et malum effraym
et filius romelie dicentes
ascendamus ad iudam et susci-
temus eum et evellamus eum
ad nos et ponamus regem
in medio eius filium tabe-
el. Hec dicit dominus deus non fi-
et et non stabit illud. Sed
caput syrie damascus et
caput damasci rasin et ad-
huc sexaginta quinque anni et
desinet effraym esse populus. et
caput effraym samaria et
caput samarie filius rome-
lie. Si non credideritis non
permanebitis. Hec dicit. R.
Sicut mater consolatur filios su-
os ita consolabor vos dicit dominus
et de ierusalem civitate quam elegi ve-
niet vobis auxilium. Et videbitis
et gaudebit cor vestrum. V. Deus ab
libano veniet et sanctus de monte um-
broso et condenso. In vi. Sec. Lucam.
In illo tempore dixit iesus discipulis suis. Erunt
signa in sole et luna et stellis
et in terris pressura gentium
pre confusione sonitus ma-
ris et fluctuum. R. Oratio gregorii.

Dominus ac redemptor
noster paratos nos inve-
nire desiderans senescentem
mundum quem mala sequuntur
denunciat ut nos ab eius
amore compescat. Appropinquan-
te eius finem quante percussi-
ones premineant innotescit
ut si deum timere sine metu
ere in tranquillitate nolumus

dicium eius iudicium in-
pressionibus aliena timeant.
Nunc ergo cum lectionem sancti euang-
gelii nostro audiuit fraternitas v-
estra paulo superius dominus p-
misit dicens Exurget gens
contra gentem et regnum aduersus
regnum. Tu autem R. Iherusalem
plantabis vineam in montibus tuis
et exultabis quia dies domini ueniet
Surge syon conuertere ad deum tuum.
Gaude et letare iacob quia de medio
gentium saluator tuus ueniet V.
Exulta satis filia syon iubila fi-
lia ierusalem. Gaude et leta Lectio viij.

Pensate hec quod redemptor
uoce designatur altere
secularibus hominibus prenunciare
et expectatione que superueniet
vniuerso mundo. Nam virtutes
celorum mouebuntur. Quid eum v-
ocis virtutes celorum nisi angelos
archangelos thronos dominationes
principatus et potestates
appellat. Que in aduentu di-
stricti iudicis nostris tunc oculis
visibiliter apparent. ut distri-
cte a nobis tunc exigant hoc quod
nos modo inuisibilis conditor
equanimiter portat. Tu autem R.
Egredietur dominus de samari-
a ad portam que respicit ad
orientem et ueniet in bethlehem
ambulans super aquas redemptio-
nem. Tunc saluus erit omnis
homo quia ecce ueniet V. Et pre-
parabitur in misericordia solium eius et sedebit
super illud in ueritate. Tunc Lectio ix

Vbi et celi dicitur et tunc uidebunt
filium hominis uenien-
tem in nubibus celi cum
potestate magna et maiestate.
Ac si aperte dicat. In potestate et
maiestate uisuri sunt quem in
humilitate positum audire
noluerunt. Et uirtutem eius
tanto districtius sentient quanto
nunc ceruices cordis ad eius
patientiam non inclinant. Sed
quia hec contra reprobos dicta
sunt. mox ad electorum consola-
tionem illa intulit cum
dicitur. His autem fieri in-
cipientibus respicite et leuate
capita uestra quia appropinquat
redemptio uestra. Tu autem R.
Rex noster adueniet christus quem iohannes
predicauit agnum esse uenturum V.
Ecce agnus dei ecce qui tollit pec-
cata mundi. Quem iohannes Laudes

Ecce in nubibus celi dominus
ueniet cum potestate magna alleluia ps.
Dominus regnauit. aña. Vrbs fortitudinis
nostre syon saluator ponetur in ea
murus et antemurale aperite por-
tas quia nobiscum deus alleluia. antiphona

Ecce apparebit dominus et non
mencietur. si moram fecerit ex
specta eum quia veniet et non tar
dabit alleluia. an. Montes et
colles cantabunt coram deo lau
dem et omnia ligna silvarum plaudent
manibus quoniam veniet dominus dominator
in regnum suum alleluia alleluia. antiphona
Ecce dominus noster cum virtute
veniet et illuminabit oculos
servorum suorum alleluia. Capitulum.

Fratres Quecumque scripta
sunt ad nostram doctrinam
scripta sunt ut per pacienciam et
consolacionem scripturarum
spem habeamus. Deo. ympnus
Versus nos ad bened. an. Super solium
david et super regnum eius sedebit
in eternum alleluia. ps. Bened. oratio.

Excita quesumus domine corda
nostra ad preparandas uni
geniti tui vias ut per eius
adventum purificatis tibi men
tibus servire mereamur. Per. Co
memoracio nostre domine ad primam Sicut
mater. Invitatorium. Invitatorium nostre Introdi
tu. Rex noster advenit. ad iii. capitulum

Deus paciencie et solacii
det nobis id ipsum sapere
in alterutrum secundum ihesum christum ut
unanimes uno ore honori
ficetis deum et patrem domini nostri
ihesu christi. Deo. ad vi. capitulum

Deus autem spei repleat
nos omni gaudio et pace
in credendo ut habundetis in
spe et in virtute spiritus sancti. Deo. In
ii. vesperis an. et ps. et ymnus et versus ad magni
ficat. Beata es maria que credidisti
domino perficientur in te que dicta
sunt tibi a domino. ps. Magnificat. feria secunda
Invitatorium ymnus versus et alia omnia ut supra et primum.

His fieri incipientibus
respicite et levate capita
vestra quoniam appropinquat redempcio
vestra. Hec si apte intelligas electos
suos ammoneat dicens. Cum
plage mundi crebrescunt. cum
terror iudicii virtutibus commotis
ostenditur levate capita id est
exhilarate corda quia dum
finitur mundus cui amici
non estis prope sit redempcio
quam quesivistis. Hec di
is. In scriptura etenim sacra sepe
caput pro mente ponitur. quia
sicut capite reguntur omnia
membra ita cogitacionibus
mente disponuntur. Capita
igitur levare est mentes
nostras ad gaudia patrie cele
stis erigere. Qui ergo deum
diligunt. ex mundi fine hi
larescere et gaudere iubentur.
Quia videlicet eum quem
amant mox inveniunt.

Sicut
mater consolatur
filios sic visitacione nostra
requiritur. Rex
noster advenit
etc.

x

dum tundit is quem non amaverit. Hec. Absit enim ut fidelis quisque qui deum videre desiderat de mundi percussionibus lugeat quem finiri eiusdem percussionibus non ignorat. Scriptum namque est: Quicumque voluerit amicus esse huius mundi, inimicus dei constituetur. Qui ergo appropinquante mundi fine non gaudent, amicum se huius esse illius testantur atque per hoc inimicus dei esse convincitur. Hec dicit. Ad vii antiphona.

De celo veniet dominator dominus et in manu eius honor et imperium. Ps. Benedictus. Ant. Rex noster adveniet Christus dominus noster et ipse auferet iugum captivitatis nostre. Ps. Magnificat. Feria iii.

Ex mundi destructione lugere est eorum qui radices cordis in eius amore plantaverunt, qui sequentem vitam non querunt, qui illam neque esse suspicantur. Nos autem qui celestis patrie gaudia eterna cognovimus festinare ad eam quantocius debemus. Optandum est nobis citius atque ad illam via breviori pervenire. Quibus enim malis mundus urgetur que non

instantia ad illatas non angustiatur. Hec. Quid est enim mortalis vita nisi via? Et quale sit, fratres mei, sub percussione in labore lassescere et tamen eandem viam nolle finire. Quod autem calcari ac despici mundus debeat, redemptor noster provida comparatione manifestat, cum protinus adiungit: Videte ficulneam et omnes arbores, cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam prope est iam estas. Ita et vos cum videritis hec fieri, scitote quoniam prope est regnum dei. Hec dicit. Ac si aperte dicat: Quia sicut ex fructu arborum vicina estas cognoscitur, ita ex ruina mundi prope esse cognoscitur regnum dei, quo profecto illis ostenditur quia fructus mundi ruina. Ad hoc enim crescit ut cadat, ad hoc germinat ut quecumque germinaverit cladibus consumat. Bene autem regnum dei estati comparatur, quia tunc meroris nostri nubila transeunt et dies vite eterne solis claritate fulgescunt. Hec dicit. Ad Benedictus ant. Super te Ierusalem orietur dominus et gloria eius in te videbitur. Ant. Benedictus. Ant. Vox clamantis in deserto parate

uiam domini uitas seruitas dei
nri. ps. uergt. feria iiij. lectio prima.
Qui omnia sub magni-
tudine consummantur
cum sint distinguntur cum dicit.
Amen dico uobis. Quia non
transibit generatio hec donec
omnia fiant. Celum et terra
transibunt. uerba autem mea
non transibunt. quod. Nichil enim in
rebus corporalium in celo et
terra durabilius et nichil in
rebus natura uelocius quam
sermo transibit. Hec dicit.
Verba enim quousque
imperfecta sunt uerba non sunt.
Cum uero perfecta fuerint omnino
iam non sunt. quia non
perfici nisi transeundo possunt.
Ait ergo. Celum et terra transi-
bunt uerba autem mea non transi-
bunt. Ac si aperte dicat. Om-
ne quod apud nos durabile est
sine dubitatione ad eternitatem
durabile non est. Hec dicit.
Et omne quod apud me
transire cernitur fixum et sine
transitu retinetur. Quia sui
mutabiliter manentes sententias
exprimunt meus sermo qui
non transit. Et ecce fratres mei iam
cernimus quod audiebamus. Nouis
cottidie et crescentibus malis

mundus urgetur. Ex illa
plebe innumera quanti remanseritis
scitis. aspicitis et tamen ad-
huc cottidie flagella urgent
repentini casus opprimunt
noue nos et improuise clades
affligunt. Hec. ad laudes. ant.
Ecce mitto angelum meum qui pre-
parabit uiam ante faciem tuam. ps.
Benedictus. ant. Syon renouabe-
ris et uidebis iustum tuum qui ue-
nturus est. ps. a.ogt. feria v. lectio prima.
Sicut in iuuentute uiget
corpus forte et incolume
manet pectus torosa ceruix
plena sunt brachia. In an-
nis autem senilibus statura cur-
uatur ceruix exsiccata depo-
nitur frequentibus suspiriis
pectus urgetur. uirtus de-
ficit loquentis. nam uerba
anhelitus intercidit. quod et si
si languor desit plerumque
senibus ipsa sua salus egri-
tudo est. Hec dicit dominus.
Nolite fratres mei dili-
gere quem uidetis non posse
diu stare. Precepta apostoli
in animo ponite quibus nos
uerbis ammonet dicens
quod. Nolite diligere mundum
neque ea que in mundo sunt
quia si quis mundum non

lectio ii Ita mundus ... fol.
lectio iii quod Nolite fratres

1x

diligit non ē karitas p(ro)p(ri)is
i(n) eo. q(uia) mundus iste fr(atr)es
agnoscitis q(uod) subito turbine
annosa arbusta eruta do-
mus destructe atq(ue) eccl(es)ie a fun-
damentis euerse sunt. Hec i(n)-
ta mundus i(n) annis prio-
ribus uelud i(n) iuuentute uigu-
it ad p(ro)pagandum humani
generis p(ro)lem robustus fuit
salute corporum uiridis
opulencia rer(um) pinguis at
ipse nunc sua senectute de-
primitur. (et) q(uas)i ad uicinam
mortem molestiis crescen-
tibus crebrius urget. Hec. R̄ iii.

Tu es qui uenturus es d(omi)ne q(uem) ex-
pectamus ut saluum facias po-
pulum tuum. p̄s Bndcs an̄t.
Qui post me ueniet ante me
factus est cuius non sum dignus cal-
ciamenta soluere. p̄s Magt̄. feria vj.

Fr(atr)es k(arissim)i ad uesperam
sani atq(ue) incolumes
crastinos se i(n) crastinum aliq(ui)d
putabant. (et) cum nocte ea-
dem repentina morte defunc-
ti sunt. (et) i(n) laqueo ultime de-
prehensi. Sed considerandum ni-
mis ē q(uod) ad h(ec) agenda in-
uisibilis iudex ueniet terri-
bilem sp(iritu)m mouit unius
procellam unius excitauit. Et

tiam subruit casuram tot(ius)
edificiorum fundamenta
concussit. Hec dicit. Lc̄o sc̄a.

Quid est q(uo)d iste fertur?
Quem p(er) senectutem ue-
nit (et) i(n) ultimum p(ro)ximu(m)
ra eius excrescit. (et) portan-
tum p(er) eu(m) nos p(er)uenisse
mulier facit. An ita ex p(ro)uincia
que caro q(ua)si sistit si uentum
mouit (et) t(er)ram subruit concu-
tiunt terra (et) tot edificia stra(uit).
Hanc districtionem uenturi
iudicis paulus considerans
ait. Horrendum est incide-
re in manus dei uiuentis. Hec

Hinc psalmista expri-
mit dicens. Deus ma-
nifeste ueniet. deus noster
(et) non silebit. Ignis in con-
spectu eius exardescet et in
circuitu eius tempestas
ualida. Districtionem quippe
tante iusticie tempestas (et)
ignis exurit. Illum ergo
diem fr(atr)es (et) uim ante oc(u)los
cordis ponite. (et) quid q(ui)d
modo graue creditur. in eius
co(m)paratione leuigatur. Tu

Ad bn̄d an̄t. Dicite pusillanim(is)
mes confortamini ecce deus n(oste)r
ueniet. p̄s Bndcs an̄t. Cante-
mus canticum nouum laus e(ius)

ab externis ire. Ant. lcō iiii.
De illo autem enim die
Sophonias dicit. Iuxta
est dies domini magnus
et velox nimis. Vox domi
ni amara tribulabitur ibi for
tis. Dies ire dies illa tribu
lacionis et angustie. dies ca
lamitatis et miserie. dies tene
brarum et caliginis. dies nebu
le et turbinis. dies tube et
clangoris. Tu autem. lcō v.
Deflat die isto dominus per
Sophoniam dicit. Adhuc
semel et ego mouebo non so
lum terram sed etiam celum
Ecce ut audiuimus celum
mouit et terra non subsistit.
Quis ergo ferat eum celum u
monit. Quid autem timores qui
sumus nisi sequentes precones
dicimus. Vide et considerare
possumus et res vere est quia
ab illa tribulacione minima et
tamen omnes tribulaciones iste dic
similes quantum apotencia
iudicis personam preconis distat.
Illum ergo diem fratres karissimi tota
intencione cogitate. Vitam
corrigite mores mutate et
mala temptancia resisten
do vincite peccata autem
fletibus punite. Ad ventum

nimirum enim iudicis tanto
seueriores quoque videbit quanto
nunc districcionem illius time
do preuenimus. Tu autem. ad bn.
Leuabit dominus signum in
montibus et congregabit dispersos
israel. ps. Benedictus. Or. Tua i prime
vs. ai. ucs. nom est ad magt. et
Ante me non est formatus deus et
post me non erit quia michi cur
uabitur omne genu et confitebitur
omnis lingua. ps. Magt. ad inuitat.
Veni domine visitare nos in pace
ut letemur coram te corde perfecto
ps. Nunc dimittis. et dicitur usque
ad vigilia Xi. Inv. Surgite vi
gilemus venite adoremus quia
nescitis horam quando veniet
dominus. ps. Venite. ex aliis ai. ucs. l.
Et erit in die illa sibila
bit dominus musce que
est in extremo fluminum
egipti et api que est in terra
assur. Et venient et requies
cent omnes in torrentibus
conuallium et in cauernis
petrarum et in omnibus frutectis
et in uniuersis foraminibus.
In die illa radet dominus in no
uacula conducta in hiis qui
trans flumen sunt in rege assiri
orum caput et pilos pedum.
et barbam uniuersam. Tu r.

Ecce apparebit dominus super nu
bem candidam et cum eo sanctorum
milia et habens in vestimento et in fe
more suo scriptum Rex regum
et dominus dominantium. V. Apparebit in fine
et non mentietur si moram fecerit
expecta eum quia veniens veniet

Et erit in die illa nutriet
homo vaccam boum
et duas oves et pre ubertate
lactis comedet butyrum
Butyrum et mel omnis man
ducabit qui relictus fuerit
in medio terre. Et erit in die illa
omnis locus ubi fuerint
mille vites mille argenteis
in spinas et vepres erunt cum
sagitta et arcu ingredientur. R.
Bethleem civitas dei summi ex
te exiet dominator israel et e
gressus eius sicut a principio dierum
eternitatis et magnificabitur in medio
universe terre et pax erit in terra nostra
dum venerit. V. Loquetur pacem
gentibus et potestas eius a mari usque
ad mare. Et pax erit. Lectio tercia.

Vepres enim et spine
erunt in universa terra
Et omnes montes qui in sar
culo sarrientur non
veniet illuc terror spinarum et
veprium et erit in pascua bovis
et conculcationem pecoris. Et
dixit dominus ad me Sume tibi
librum grandem et scribe in
eo stilo hominis velociter
spolia detrahe cito depredare
Et adhibui mihi testes fi
deles Uriam sacerdotem et Za
chariam filium barachie. R.
Qui venturus est veniet et non
tardabit iam non erit timor in fi
nibus nostris quoniam ipse est salvator
noster. V. Deponet omnes iniquitates
nostras et proiciet omnia peccata nostra. Qui.

Et accessi ad prophetissam et con
cepit et peperit filium. Et
dixit dominus ad me. Voca nomen
eius accelera spolia detrahe
festina predare. Quia antequam
sciat puer vocare patrem et
matrem suam auferetur for
titudo damasci et spolia sama
rie coram rege assyriorum. R.
Suscipe verbum virgo maria quod
tibi a domino per angelum transmissum
est concipies per aurem deum pariter et
hominem ut benedicta dicaris inter
omnes mulieres. V. Paries quidem
filium et virginitatis tue non
patieris detrimentum efficieris gravi
da et eris mater semper intacta. Ut bene.

Et adiecit dominus lo
qui ad me adhuc di
cens pro eo quod abiecit populus
iste aquas syloe que vadunt

cium silencio. Et assumpsit
magis tacitum ipsum filium in
medio. Propterea ecce dominus
adducet super eos aquas flu
minis fortes et multas regem
assiriorum et omnem gloriam eius.
Et ascendet super omnes ri
uos eius et fluet super vniuersas
ripas eius et ibit per iudam
inundans et transiens usque ad
collum veniet et erit extensio
alarum eius implens latitu
dinem terre o emanuel. R.
Egypte noli flere quia dominator
tuus veniet tibi ante cuius conspectum
mouebuntur abyssi. Liberare
populum tuum de manu potentie. V.
Ecce dominator dominus cum virtute ve
niet. Liberare populum tuum. Lectio vi.

Congregamini populi et
vincimini. Inite con
silium et dissipabitur loquimini
verbum et non fiet quia nobiscum
deus. Hec enim ait dominus ad me.
Sicut in forti manu erudiuit
me ne irem in via populi huius
dicens. Non dicatis coniu
racionem. Omnia enim que loquitur
populus iste coniuracio est. Et
timorem eius ne timeatis
neque paueatis. Dominum
exercituum ipsum sanctificate ipse
pauor vester et erit vobis in
sanctificacionem in lapidem offen
sionis et in petram scandali. R.
Prope est ut veniat tempus eius
et dies eius non elongabuntur. Mi
serebitur dominus iacob et israel
saluabitur. V. Qui venturus est
veniet et non tardabit iam non
erit timor in finibus nostris ipse est
saluator noster. Et israel. Secundum math
eum. In illo tempore. Cum audisset io
hannes in vinculis opera christi
mittens duos de discipulis
suis ait. Tu es qui venturus
es an alium expectamus. Et reliqua.
Omelia beati gregorii pape de eadem.

Querendum nobis est
quid est quod iohannes propheta
et plusquam propheta qui venientem
ad iordanis dominum baptisma
ostendit dicens. Ecce agnus dei
ecce qui tollit peccata mundi.
Et humilitatem suam et di
uinitatis potenciam conside
rans dicit. Qui de terra est
de terra loquitur qui autem
de celo venit super omnes est.
Cur in carcere positus iohan
nes mittens discipulos requirit.
Tu es qui venturus es an
alium expectamus. Tu autem. R.
Descendit dominus sicut pluuia
in vellus. Orietur in diebus eius
iusticia et habundancia pacis. V. Et

adorabunt eum omnes gentes
omnes reges servient ei. Oretur
Tamquam si ignoraret quem
viderit. et an ipse sit nes
ciat quem ipsum esse prophetando
baptismum ostendendo clama
verat. Sed hec citius questio
solvitur si gesta rei et ordo
pensatur. Ad iordanis enim
fluenta positus quia ipse
redemptor mundi esset [illegible]
asseruit. Missus vero in carce
rem an ipse veniret requirit
Non quia ipsum esse mundi
redemptorem dubitet. Sed re
quirit ut is sciat qui per se
in mundum venerat. per se etiam
ad inferni claustra descenderet.
Quem enim prenuncians mundo
nunciaverat. hunc mori
endo et ad inferos prenunciet. R.
Veni domine et noli tardare re
laxa facinora plebis tue. Et revoca
dispersos in terram suam. V. A solis
ortu et occasu ab aquilone et mari
Ait ergo. Tu qui ventu
rus es an alium ex
pectamus. Ac si aperte dicat
Sicut pro hominibus nasci dig
natus es an etiam pro hominibus
mori et ad inferos descendere
dignus sis. ut qui na
tivitatis tue precursor extiti.

etiam precursor mortis fiam
et venturum in inferno nunciem
quem iam mundo nunciavi
Tu. R. Docebit nos dominus
vias suas et ambulabimus in
semitis eius. Quia de syon exibit
lex et verbum domini de ierusalem
V. Venite ascendamus ad mon
tem domini et ad domum dei iacob
Quia. Laudes Veniet dominus et
non tardabit et illuminabit ab
scondita tenebrarum et manifesta
bit se ad omnes gentes alleluia. ps.
Dominus regnavit. ant. Israhel gaude et
gaudio magno quia veniet
tibi salvator alleluia. antiphona. Ecce
in syon salutem et in ierusalem gloriam
meam alleluia. ant. Montes
et omnes colles humiliabuntur
et erunt prava in directa et aspera
in vias planas veni domine et
noli tardare alleluia. ant. Iuste et
pie vivamus expectantes beatam
spem et adventum domini. Capitulum
Fratres. Sic nos existi
met homo ut ministros christi
et dispensatores ministeriorum
dei. Hic iam queritur inter dis
pensatores ut fidelis quis
inveniatur. Deo [gratias]. ad benedictus ant.
Iohannes autem cum audisset in
vinculis opera christi mittens duos
de discipulis suis ait illi Tu es

qui venturus es in mundum ex-
pectamus. ps Benedixisti. or.
Aurem tuam quesumus domine
precibus nostris accommoda
et mentis nostre tenebras gra-
tie visitationis illustra. Qui.
Ad processionem. Suscipe verbum.
Iocundum. R. Docebit nos do.
Eccla. ut in prima dominica adventus.
Nichil michi conscius
sum, sed non in hoc iustificatus
sum; qui autem iudicat me
dominus est. Ev. Ad novum capitulum
Fratres, nolite ante tempus
iudicare, quoadusque veniat
dominus, qui et illuminabit abscon-
dita tenebrarum et manifestabit
consilia cordium; et tunc laus
erit unicuique a deo. Ev. Antiphona
Tu es qui venturus es an ali-
um expectamus? dicite iohanni que
vidistis: ad lumen redeunt ceci,
mortui resurgunt, pauperes evan-
gelizantur, alleluia. ps Magnificat.
Feria secunda. Invitatorium
Patientes estote confirmantes
corda vestra, quia adventus domini
appropinquabit. ps Venite exultemus.
Et hoc tenetur ista ebdomada in fe-
riis preter dies iiii temporum. Lectio prima.
In die illa erit radix iesse
qui stat in signum populorum,
ipsum gentes deprecabuntur et

erit sepulcrum eius gloriosum. Et
erit in die illa: adiciet dominus
secundo manum suam ad pos-
sidendum residuum populi sui
quod relinquetur ab assiriis et ab
egipto et a phetro et ab ethio-
pia et ab elam et ab sennaar
et ab emath et ab insulis maris.
Hec. Et levabit dominus
signum in nationes et congregabit
profugos israel et dispersos iuda
colliget a quattuor plagis terre
et auferetur zelus effraim,
non emulabitur iudam,
et iuda non pugnabit contra
effraim, et volabunt in hu-
meris philistiim per mare;
simul predabuntur filios o-
rientis. Hec. Idumea et
moab preceptum manus eo-
rum, et filii amon obedientes
erunt. Et desolabit dominus
linguam maris egipti et
levabit dominus manum suam
super flumen in fortitudine
spiritus sui et percutiet eum in septem
rivis, ita ut transeant eum
calceati. Onus babilonis
quod vidit ysaias filius
amos. Super montem caliginosum
levate signum, levate
vocem. Hec dicit. Antiphona.
Dicit dominus penitentiam agite, ap-

Suscipe verbum virgo
Iocundum.
Docebit nos dominus

puerperio parietur ei regnum decoris alleluia. ps. Benedictus. aña. Beatam me dicent omnes generationes quia ancillam humilem respexit deus. ps. Magnificat. aña. feria iiij. laud. ps.

Levate manum et ingrediantur portas duces. Ego mandavi sanctificatis meis et vocavi fortes meos in ira mea exultantes in gloria mea. Vox multitudinis in montibus quasi populorum frequentium. Vox sonitus regum gentium congregatarum. Dominus exercituum precepit militie belli venientibus de terra procul a summitate celi. R.

Ululate quia prope est dies domini quasi vastitas a domino veniet. Propter hoc omnes manus dissolventur et omne cor hominis tabescet et conteretur. Torsiones et dolores tenebunt. Unusquisque ad proximum suum stupebit, facies combuste vultus eorum. Ecce dies domini veniet crudelis et indignationis plenus et furoris ad ponendam terram in solitudinem et peccatores eius conterendos de ea. Quoniam stelle celi et splendor earum non expandent lumen suum. R.

Preciosior erit vir auro et homo auro mundo obrizo. Super hoc celum turbabo et movebitur terra de loco suo propter indignationem domini exercituum et propter diem furoris eius. Et erit quasi damula fugiens et quasi ovis et non erit qui congreget. Unusquisque ad populum suum convertetur et singuli ad terram suam fugient. R. Hec. ad Bndc.

Consurge consurge induere fortitudine brachium domini. In ij vis super ps. aña ij. Elevare elevare consurge ierusalem solve vincula colli tui captiva filia syon. ps. feriales. Et nota quod in die bte lucie quando inponitur O sapiencia et deinceps omni die preter quam in vigilia sancti thome et in die ipsius et quando fuerit dominica ad magnificat dicantur super ps. et illis diebus per ordinem dicende sunt iste antiphone. O sapiencia cum ceteris super magnificat preterquam in vigilia et in die beati thome in quibus dicitur illa dne tunc. O virgo virginum et O gabriel in processione beati thome et conclusioni oratione dominicali et de beata virgine similiter. fr. Festum nec

tardaueris domine. Et libera ꝑplim
tuum. ℣ Veni domine et noli t-
tardare relaxa facinora plebis
tue. Alleluia. Et h' est dicendum i
vs canum f'ia v. et f'ia vj. infra iiij
tpa. f'ia iiij. i ieiunatõ. Surgite
vigilemus. Quia ueniet rex p'
uenite cruce. Et h' ijungitur dica
uiser' f'ia et in sabbato iiij. tpu.

In illo tempore Missus secundum lucam
est angelus gabriel a deo in ci-
uitatem galilee cui nomē
nazareth ad uirginem des-
ponsatam uiro cui nomen
erat ioseph de domo dauid et
nomē uirginis maria. ℟. Omelia
uenerabilis bede p. Exordiu-
m nostre redemptionis fratres karissimi
hodierna nobis sancti euangelii
lectio commendat que angelum
de celis a deo missum narrat
ad uirginem ut nouam in
carne natiuitatem filij dei pre-
dicaret. per quam nos abiecta
uetustate noxia renouari
atque inter filios dei computa-
ri possimus. Hos ergo pri-
mordium eiusdem intenta
audiamus aure pape ut ad
promissa dona salutis mere-
amur peruenire. Tu. lcō viij.

Missus est igitur angelus
gabriel a deo in ciuitatem

galilee cui nomen nazareth
ad uirginem desponsatam
uiro cui nomen erat ioseph
de domo dauid et nomē uir-
ginis maria. Aptum profecto
humane restaurationis prin-
cipium fuit ut angelus ad uir-
ginem mitteretur partu con-
secrandam diuino. Quia prima
ius humane fuit causa. cum
serpens a diabolo mittebatur ad
mulierem spiritu superbie decipie-
ndam ymmo ipse dyabolus
in serpente ueniebat qui genus
humanum deceptis primis
parentibus immortalitatis stola
nudaret. Tu. Quia ergo
mors intrauit per feminam illa
a diabolo seducta per serpente
uiro gustum necis obtulit.
Hec uita redit per euangelium
mundo auctorem salutis edi-
dit. Missus est igitur angelus
gabriel a deo. Sepe legimus
quod angeli apparentes hominibus
designantur ex nomine uer-
um quotiens aliquid fit ideo utique
fit ut etiam nomine ipso quid
ministrare ueniant innuant.
Gabriel namque fortitudo dei
interpretatur. Tu autem. Et
nãnd q' h kyriō. Clama in for-
titudine tu qui an sius fr's. terti

dnt proximis diebus quinque ebdomade sine an uigiliam natiuitatis
Quicumque dies indifferenter
laudes uero integre dicuntur itaque
septimam numquam ponit dici primus
diebus sed dicit dici diebus conuenientibus ita ut non ponit dici ipsi
septimam an natiuitatis dicatur in
alia septimana preterea die conueniens sicut in ut uolutate obuiniter
succedentes uero dies attenditur
penes feria iiii et vi ps. in laudibus
in laudibus uero ... ad bnd et
ad uig. numquam ponit ... ad
bnd anul. Missus est gabriel
angelus ad mariam uirginem desponsatam ioseph ps. Bnd In
sedis uis ii ad p. Ponam in
sion salutem et in ierusalem gloriam
meam alleluia ps. Memento
domine. feria quinta lc. prima

In die illa omnis qui inuentus fuerit occidetur et
omnis qui superuenerit
cadet in gladio. Infantes
eorum allidentur in oculis eorum
diripientur domus eorum
et uxores eorum uiolabuntur
Ecce ego suscitabo super
eos medos qui argentum
non querunt nec aurum
uolunt. Sed sagittis paruulos
interficient et lactantibus
uteris non miserebuntur
et super filios non parcet
oculus eorum. Hec. Et erit
babilon illa gloriosa in
regnis inclita superbia caldeorum. Sicut subuertit dominus
sodomam et gomorram non
habitabitur usque ad finem
et non fundabitur usque ad generationem et generationem. nec
ponent ibi tentoria arabes nec pastores requiescent
ibi. Sed requiescent ibi bestie
et replebuntur domus eorum
draconibus et habitabunt ibi
struciones et pilosi saltabunt.
Hec. Et habitabunt ibi
ulule in edibus eius et
sirene in delubris uoluptatis. Prope est ut ueniat
tempus eius et dies eius non
elongabuntur. Miserebitur
enim dominus iacob et eliget adhuc de israel et requiescere eos
faciet super humum suam et
adiungetur aduena ad
eos et adherebit domui iacob et tenebunt eos populi et
adducent eos in locum suum
Hec. R. Consolamini consolamini popule meus dicit dominus
ps. Bnd. In ii s uis an.
Letamini cum ierusalem et exultate in ea

omnes qui diligitis eam in
circuitu · ps fideles · Sc'm lucam
In illo t. Exiens maria
abiit in montana cum
festinatione in civitatem
iuda et intravit in domum
zacharie et salutavit ely
zabeth · R' Omel. ven. b. d.

Lectio sancti ewangelii
quam audivimus et
redemptionis nostre nobis
semper et venerandam primordia
dia predicat et salutaria
semper imitande humilitatis
remedia commendet · Nam
quia peste superbie attactum
humanum genus perierat
decebat ut medicamentum
humilitatis quo sanaretur
prima mox incipiens salutis
tempora preferret · Tu autem

Sicut superiorem
sancti ewangelii lectione
agnovimus postquam angeli
ca visione et allocutione
meruit sublimari postquam
celesti partu concitandam
didicit · Nequaquam se
donis celestibus quasi alte
hec cepit extollit · sed ut
magis ac magis que do
nis recepta divinis in
custodia humilitatis gressum

mentis figeret ita ewange
lizante se angelo dicens
Ecce ancilla domini fiat
michi secundum verbum tuum · Tu autem

Ex hodierna lectione
audivimus eandem
quam angelo exhibuerat hu
militatem hominibus quoque
curavit exhibere · Et quod
maioris est virtutis hoc
etiam minoribus · Quis ne
sciat virginem deo con
secratam mulierem viro
credita quantum hanc potiorem ·
Quis dubitet matrem regis
eterni matre militis esse
preferendam · Ac tamen ipsa minor
sequitur sapientis quanto
magnus es humilia te in
omnibus · Tu autem · ad bin an.
Ex quo facta est vox salutationis
tue in auribus meis exultavit in
gaudio infans in utero meo alleluia
In iis antiph. Hoc est testimonium
quod perhibuit iohannes qui post
me venit ante me factus est · ps
fideles · Sabbato secundum lucam · I

Anno quintodecimo imperii
Tiberii cesaris augusti
presidente pontio pila
to iudeam · R' Omel b. grego

Quia iohannes pre
dicare eum veniret

qui ex Iudea quosdam et multos ex gentibus recepturus erat. Per regem gentium et principes Iudeorum predicationis eius tempora designantur. Quia autem gentilitas colligenda erat et Iudea pro culpa perfidie dispergenda, ipsa quoque descriptio terrenorum principatuum ostendit, quia in Romana republica unus preesse describitur, et in Iudee regno per quartam partem plurimi principantur. Tu autem.

Voce etiam nostri redemptoris dicitur: Omne regnum in se divisum desolabitur. Liquet ergo quod ad finem regni Iudea pervenerat, que tot regibus subiacebat. Apte quoque non solum quibus regibus, sed quibus sacerdotibus etiam actum sit demonstrat, ut quia illum Iohannes baptista predicaret qui simul rex et sacerdos existeret, Lucas evangelista predicationis eius tempora per regnum et sacerdotium eius designavit. Tu autem domine.

Et venit in omnem regionem Iordanis predicans baptismum penitencie in remissionem peccatorum. Cunctis legentibus liquet quia Iohannes baptismum penitencie non solum predicavit verum etiam quibusdam dedit, sed tamen baptismum suum in remissionem peccatorum dare non potuit. Remissio etenim peccatorum in solo nobis Christi baptismo tribuitur. Sed iam baptismum predicabat, ut sicut incarnatum verbum patris precurrebat verbo predicationis, ita baptismum penitencie quo peccata solvuntur precurreret suo baptismate quo peccata solvi non possunt. Tu autem. Ad vii antiphona

Omnis vallis implebitur et omnis mons humiliabitur et videbit omnis caro salutare dei. Psalmus Benedictus. Dominica iiii in primis vesperis ad psalmos antiphona

Quomodo fiet istud angele dei quia virum in concipiendo non pertuli? Audi Maria virgo: spiritus sanctus superveniet in te et virtus altissimi obumbrabit tibi. Psalmus. Et alia omnia ut supra notatum est. Invitatorium

Vigilate animo in proximo est dominus deus noster. Venite. Et etiam dicitur in feriis usque ad vigiliam nativitatis.

Damascus desinit esse civitas et erit sicut acervus lapidum in ruina. Derelicte civitates

cedet gregibus et erunt et
requiescent ibi et non erit
qui exterreat. Et cessabit
adiutorium ab Effraym et
regnum a Damasco et reliquie
Syrie sicut gloria filiorum Israel
erunt, dicit dominus exercituum.
Canticum et laudem eius. R.
Clamate tubis in Syon vocate gen-
tes annunciate populis et dicite Ecce
deus salvator noster adveniet. V. Nunc-
ciate in finibus terre et in insulis que
procul sunt dicite. Ecce deus. Lectio ii.

Et erit in die illa atte-
nuabitur gloria Iacob
et pinguedo carnis eius e-
marcescet. Et erit sicut con-
gregans in messe quod restiterit
et brachium eius spicas leget
et erit sicut querens spicas in
valle Effraym et relinquetur
in eo sicut racemus et sicut
excussio olee duarum aut
trium olivarum in summitate
rami sive quatuor aut quinque
in cacuminibus fructus eius
dicit dominus. Hec dicit deus. R.
Vicesima quinta die decimi mensis
ieiunabitis dicit dominus et mittam
vobis salvatorem et propugnatorem
pro vobis. Qui nos liberet et inducat
in terram quam iuravi patribus vestris. V.
Ego sum dominus deus vester qui eduxi

vos de terra Egypti. Qui. Lectio iii.

In die illa inclinabitur
homo ad factorem suum et
oculi eius ad sanctum Israel respi-
cient et non inclinabitur ad al-
taria que fecerunt manus eius
et que operati sunt digiti eius
et non respiciet lucos et de-
lubra. In die illa erunt civi-
tates fortitudinis eius de-
relicte sicut aratra et segetes que
derelicte sunt a facie filiorum
Israel et eris deserta. Quia obli-
ta es dei salvatoris tui et
fortis adiutoris tui. Hec. R.
Non auferetur sceptrum de Iuda
et dux de femore eius donec veniat
qui mittendus est. Et ipse erit
expectatio gentium. V. Pulchriores
sunt oculi eius vino et dentes eius
lacte candidiores. Et ipse. Lectio.

Ve multitudini populo-
rum multorum. Ut multi-
tudo maris sonantis et tu-
multus turbarum sicut soni-
tus aquarum multarum. Ve terre
cymbalo alarum que est trans
flumina Ethiopie que
mittit in mari legatos in
vasis papiri super aquas.
Ite angeli veloces ad gentem
convulsam et dilaceratam ad
populum terribilem post quem non est
alius gentem expectantem

et conculcatam cuius diri-
puerunt terram flumina eius.
Hec. R. Me oportet minui
illum autem crescere. Qui post me v-
enit ante me factus est cuius non
sum dignus corrigiam calciamen-
ti eius solvere. V. Hoc est testimo-
nium quod perhibuit Iohannes dicens. Me

O omnes habitatores or-
bis qui moramini
in terra cum elevatum fuerit
signum in montibus videbitis et
clangorem tube audietis.
Quia hec dicit dominus ad me.
Quiescam et considerabo in
loco. sicut meridiana lux
clara et sicut nubes roris in
die messis. Ante messem enim totus
effloruit. et immatura per-
fectione germinabit et precidentur
ramusculi eius falcibus et
que delicta fuerint abscinden-
tur. Hec. R. Ecce iam venit
plenitudo temporis in quo misit deus
filium suum in terris natum de
virgine factum sub lege ut eos qui
sub lege erant redimeret. V. Propter
nimiam caritatem suam qua
dilexit nos misit deus filium suum
in similitudinem carnis peccati. Ut

Excucietur et relinquentur
simul pecoribus avibus
montium et bestiis terre et
estate perpetua. Erunt super
eum volucres. et omnes be-
stie terre super eum yemabunt.
In tempore illo deferetur munus
domino exercituum a populo divulso
et dilacerato a populo terri-
bili. Post quem non fuit a-
lius agente expectante
et conculcante cuius diripu-
erunt flumina terram eius ad lo-
cum nominis domini exercitu-
um montem Syon. Ecce super nubem
levem dominus ascendet et ingre-
dietur egyptum et a facie eius
cor egypti tabescet in medio
eius. Hec. R. Virgo israel rever-
tere in civitates tuas usquequo dolens
averteris generabis dominum salvatorem
oblacionem novam in terra ambu-
labunt homines in salvacionem. V.
A solis ortu et occasu ab aquilone
et mari ambulabunt. Secundum Iohannem.

In illo tempore. Miserunt Iudei
ab Ierosolimis sacerdotes
et levitas ad Iohannem ut
interrogarent eum Tu quis
es. Et reliqua. Omelia beati Gregorii pape. Lectio

Ex huius nobis lectionis
verbis fratres karissimi Iohannis
humilitas commendatur qui
cum tante virtutis esset ut Christus
credi potuisset elegit solide
sub sistere in se ne humana

opinione inaniter repetunt
sup se. Nam confessus est
⁊ non negauit. Confessus
est quia non sum ego xpc
S; quod dixit non sum. ne
gauit plane quod non erat
Veritatem loquens. eius membrum
fieret cum sibi nomen fallaciter
non usurparet. Tu autem. R.

Iuraui dicit dn̄s ut ultra iam
non irascar sup terram montes
enim ⁊ ualles suscipiant iusticiam
meam. Et testamentum pacis
erit in ierlm. V. Iuxta est salus mea
ut ueniat iusticia mea ⁊ reuelet

Sed cum ex lectione
alia redemptoris in
sua aduentum reducitur
Ex hiis nobis uerbis la
questio nodosa ualde generatur.
Alio quippe in loco inquisitus
dn̄s a discipulis de aduentu
helie respondit. Helias iam
uenit ⁊ non cognouerunt
eum. sed fecerunt ei quecumque
uoluerunt. Et si uultis scire
iohannes est helias. Tu. R.

Non discedimus a te uiuifica
bis nos dn̄e ⁊ nomen tuum inuo
cabimus. Ostende nobis faciem
tuam ⁊ salui erimus. V. Domine
deus uirtutum conuerte nos. Ostende

Quid est fratres karissimi q

nitas affirmat hoc propheta ue
ritatis negat. Valde enim
inter se diuersa sunt. ipse est ⁊
dicit non sum. S; si subtiliter
ipsa ueritas requiratur hoc
quod inter se contrarium sonat
quomodo contrarium non sit inuenitur
Ad zachariam namque de io
hanne angelus dicit ipse pre
cedet ante illum in spiritu et
uirtute helie. Qui ideo
uenturus in spiritu ⁊ uirtute
helie dicitur quia sicut he
lyas secundum aduentum dn̄i
preueniet ita iohes preuenit
primum. Iohannes helias
erat. in persona helyas non
erat. Quod enim dn̄s fate
tur de spiritu hic iohes negat de
persona. Tu autem dn̄e. R.

Intuemini quantus sit iste
qui ingreditur ad saluandas
gentes. ipse est rex iusticie. Cuius
generacio non habet finem. V. Et do
minabitur a mari usque ad ma
re ⁊ a flumine usque ad terminos
orbis terrarum. Cuius. Laudes ⁊ ps.

Canite tuba in syon quia prope est
dies domini ecce ueniet ad sal
uandum nos alleluia. psalm.
Dominus regnauit. An. Ecce ueniet deus
desideratus cunctis gentibus et
replebitur gloria domini alla. Antiph.

Erunt prava in directa et aspera in vias planas. Veni domine et noli tardare alleluia. Antiphona Dominus veniet occurrite illi dicentes magnum principium et regni eius non erit finis deus fortis dominator princeps pacis alleluia alleluia alleluia. Antiphona Omnipotens sermo tuus domine a regalibus sedibus veniet alleluia. Capitulum

Fratres Gaudete in domino semper iterum dico gaudete modestia vestra nota sit omnibus hominibus dominus enim prope est. Deo. Ad benedictus antiphona Ave gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus. Psalmus Benedictus. Et nota quod quando dies sancti thome venit adventum dominicam in presenti dominicam feria ii tenendum est de sancto thoma et ista antiphona Nolite timere, quinta enim die veniet dominus super ...

Oratio

Excita domine potentiam tuam et veni et magna nobis virtute succurre ut per auxilium gratie tue quod nostra peccata prepediunt indulgentia tue propiciationis acceleret. Qui vivis. Ad processionem Responsorium Non auferetur sceptrum. Versus Pulchriores sunt oculi eius. Iuventus quotiens nec ...

Fratres Nichil solliciti sitis sed in omni oratione et obsecratione cum gratiarum actione petitiones vestre innotescant apud deum. Deo.

Fratres Pax dei que exsuperat omnem sensum custodiat corda et corpora vestra et intelligentias vestras in christo ihesu domino nostro. Deo. Ihesu. Versus Excita domine ... Excitans nos expectamus eum et salvabit nos. Psalmus Dixit dominus. Ad magnificat antiphona O sapientia quere ... et non ... et aliis supradictis diebus ad ... psalmus et ad benedictus que sequitur psalmus. Audivimus illius diei. Lectio prophete ysaie

In anno quo ingressus est tharthan in azotum cum misisset eum sargon rex assyriorum ut pugnaret contra azotum et cepisset eam. In tempore illo locutus est dominus in manu ysaie filii amos dicens Vade et solve saccum de lumbis tuis et calciamenta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit sic vadens nudus et discalciatus. Et dixit dominus Sicut ambulavit servus meus ysaias nudus et discalciatus trium annorum signum et portentum erit super egyptum et super ethiopiam sic minabit rex assyriorum captivitatem egypti et transmigrationem ethiopie iuvenum et senum nudam et discalciatam ...

Responsorium Non auferetur sceptrum ... Versus Iuventus ...

Quinta enim die veniet et ad vos deus ...

nudatis natibus ignominiam egypti.
Et timebunt et confundentur
ab ethyopia spe sua. et ab
egypto gloria sua. Et dicet ha
bitator insule huius in die illa.
Ecce hec erat spes nostra ad quos
confugimus in auxilium ut
liberaret nos a facie regis
assyriorum. Et quomodo effugere
nos poterimus. Sicut turbi
nes ab affrico veniunt de
deserto. venit de terra horribili.
Visio dura nunciata est
michi. Qui incredulus
est infideliter agit. et qui depo
pulator est devastat. ascende
helam et obside mede omnem
gemitum eius cessare feci.
Propterea repleti sunt lumbi
mei dolore et angustia pos
sedit me sicut angustia par
turientis. Corrui cum au
direm. putas conturbatus
sum cum viderem. emarcuit
cor meum. tenebre stupe
fecerunt me. babylon dilecta
mea posita est michi in mi
raculum. pone mensam con
templare in specula come
dentes et bibentes. Surgite
principes arripite clipeum.
Hec enim dicit michi dominus
Vade et pone speculatorem

et quodcumque viderit annunciet. Et
vidit currum duorum equi
tum ascensorem asini et ascenso
rem cameli. et contemplatus est
diligenter multo intuitu.
Et clamavit ut leo. Super
speculam domini ego stans
totis noctibus. Ecce iste venit
ascensor viri bige equitum.
Et respondit et dixit. Cecidit ce
cidit babylon et omnia sculpti
lia deorum eius contrita sunt
in terra. Hec. Sequuntur R.
Nundes. Clama in fortitudine
tu qui annuncias pacem in ierusalem.
dic civitatibus iuda et habitatoribus
syon. Ecce dominus noster quem expectabimus
adveniet. V. Super montem excelsum
ascende tu qui evangelizas syon
exalta in fortitudine vocem tuam.
Ecce dominus. R. Orietur stella ex ia
cob et consurget homo de israel et
consurgent omnes principes alie
nigenarum. Et erit omnis terra
possessio eius. V. Et adorabunt
eum omnes reges omnes gen
tes servient ei. Et erit. R. Modo
veniet dominator dominus. Et nomen
eius emmanuel vocabitur. V.
Ecce dominator dominus cum virtute veniet.
Et nomen. R. Egredietur dominus et
preliabitur contra gentes. et sta
bunt pedes eius super montes

altissimus ad oriente. V. Ex syon
species decoris eius. Et stabunt. R.
Precursor pro nobis ingreditur a-
gnus sine macula secundum ordinem
melchisedech pontifex factus est
in eternum et in seculum seculi. V. Quis enim
qualis sit iste qui ingreditur ad
salvandas gentes. Pontifex. R.
Videbunt gentes iustum tuum et
cuncti reges gloriam tuam et revela-
bitur tibi nomen novum quod
os domini nominavit. V. Et eris
corona glorie in manu domini et
dyadema regni in manu dei tui.
Et vo. R. Emitte agnum domine do-
minatorem terre de petra deserti. Ad
montem filie syon. V. Ex syon spe-
cies decoris eius, dominus manifeste ve-
niet. Ad montem. R. Rorate celi de-
super et nubes pluant iustum aperiatur
terra et germinet salvatorem. V. Emitte
agnum domine dominatorem terre de pe-
tra deserti ad montem filie syon.
Aperiatur. R. Germinaverunt campi
heremi germen odoris, quia ecce
deus noster cum virtute veniet. Et
splendor eius cum eo. V. Ecce dominus
cum virtute veniet. Et splen. R.
Egredietur dominus virga de radice
yesse et flos de germine eius as-
cendet et erit iusticia cingulum
lumborum eius et fides cinctorium
renum eius. V. Et requiescet su-
per eum spiritus domini spiritus sapientie et
intellectus. Et erit. R. Radix yesse que
exurget iudicare gentes in eum
gentes sperabunt. Et erit nomen
eius benedictum in secula. V. Super
quem continebunt reges os
suum quem gentes deprecabuntur. Et. R.
Annunciatum est per gabrielem ar-
changelum matri virgini de itine-
re regis et ingressus angelus
per splendidam regionem ad la-
virginis visitare pallacium
uteri. Et ingressus est parvam
portam virginis. V. Casta pa-
rentis viscera celestis intrat
gratia venter puelle baiulat se-
creta que non noverat. Et ingressus. R.
Ecce radix yesse ascendet in sa-
lutem populorum ipsum gentes depre-
cabuntur. Et erit nomen eius glo-
riosum. V. Deus a lybano veniet
sanctus de monte umbroso et con-
denso. Et erit. R. [N]ascetur nobis
parvulus et vocabitur deus fortis ipse
sedebit super thronum david pa-
tris sui et imperabit cuius potestas su-
per humerum eius. V. Ecce advenit do-
minator dominus et regnum in manu
eius et potestas et imperium. Cuius. R.
Festina ne tardaveris vide supra
feria secunda laudes antiphona. Ecce
veniet dominus princeps regum ter-
re beati qui parati sunt occurrere ei. psal.

Miserere an. Dum veniet
filius hominis putas inveniet
fidem sup terram ps. Verba mea an.
Ecce iam venit plenitudo tempo-
ris in quo misit deus filium suum in
terris ps. Deus deus meus antiph.
Haurietis aquas de fontibus
salvatoris ps. Confitebor tibi an.
Egredietur dominus de loco sancto suo
veniet ut salvet populum suum psal.
Laudate dominum de celis an. Egredietur
virga de radice iesse et replebitur
omnis terra gloria domini et videbit
omnis caro salutare dei psal.
Benedictus ad vs an. Paratus esto
israel in occursum domini quia venit
ps. Dilexi. feria iii laudes an.
Rorate celi desuper et nubes
pluant iustum aperiatur terra
et germinet salvatorem antiph.
Emitte agnum domine dominatorem
terre de petra deserti ad montem filie
syon ps. Iudica me deus an. Ut
cognoscamus domine in terra viam
tuam in omnibus gentibus salutare
tuum an. Da mercedem domine sustinentibus
te ut prophete tui fideles
inveniantur ps. Ego dixi in an.
Lex per moysen data est gratia et
veritas per ihesum christum facta est an.
In bethleem terra iuda non eris
minima ex te enim exiet dux qui
regat populum meum israel ps.

Benedictus Ad vs an. Ecce ancilla
domini fiat michi secundum verbum
tuum ps. Letatus sum feria iiij laudes
Prophete predicaverunt nasci
salvatorem de virgine maria
an. Spiritus domini super me evan-
gelizare pauperibus misit me.
ps. Te decet an. Annunciate po-
pulis et dicite ecce deus salvator
noster veniet an. Ecce veniet dominus
ut sedeat cum principibus et solium
regni teneat ps. Exultamus an.
Propter syon non tacebo et propter
ierusalem non quiescam donec egre-
diatur ut splendor iustus eius
an. Ponent domino gloriam
et laudem eius in insulis nunciabunt
quia ecce veniet et non
tardabit ps. Benedictus ad vs
an. Non auferetur sceptrum de
iuda et dux de femore eius donec
veniat qui mittendus est et ipse
salvabit populum suum feria v laudes
De syon veniet dominus omnipotens
ut salvum faciat populum suum an.
Convertere domine aliquantulum
et ne tardes venire ad servos
tuos ps. Domine refugium antiph.
De syon veniet qui regnaturus
est dominus emanuel magnum no-
men eius an. Ecce deus meus
et honorabo eum deus patris mei
et exaltabo eum ps. Cantemus an.

Dominus legifer noster dominus rex
noster ipse veniet et salvabit
nos an. Dabit illi dominus sedem
david patris eius et regnabit in et-
ernum ps. Benedictus anth. Estote
parati similes hominibus expec-
tantibus dominum quando revertatur
a nupciis ps. Memento fer. vi
Constantes estote videbi-
tis auxilium domini super nos an.
Ad te domine levavi animam meam
et eripe me domine ad te confugi
ps. Domine exaudi ant. Veni
domine et noli tardare relaxa fa-
cinora plebis Israel ant. Deus
a lybano veniet et splendor eius
sicut lumen erit ps. Domine audivi
ant. Ego autem ad dominum aspicia-
m et expectabo deum salvatorem
meum an. Dies domini sicut fur
ita veniet in nocte et vos estote
parati quia qua hora non putatis filius
hominis veniet ps. Benedictus an.
Intuemini quantus sit gloriosus
iste qui ingreditur ad salvan-
das gentes. Sabbato ad laud. anth.
Veniet dominus cum potestate
magna et videbit eum omnis
caro et salvabit nos anth. pp
Intuemini quantus sit gloriosus
ius nocti ps. Dominus ē cū a
Levate capita vestra ecce appropinqu-
abit redempcio vestra an. Expec-
tetur sicut pluvia eloquium domini
et descendet super nos sicut ros deus
noster ps. Audite celi an. Ponent
domino gloriam et laudem eius in
insulis nunciabunt an. Omnis
vallis implebitur et omnis mons
et collis humiliabitur et videbit omnis
caro salutare dei ps. Benedictus a.
Anth. sr magnificat a die sce lucie usque
ad nativitatem et anth. sr magnificat
O sapiencia que ex ore altissi-
mi prodisti attingens a fine usque
ad finem fortiter suaviterque dispo-
nensque omnia veni ad docendum
nos viam prudencie anth. O ado-
nay et dux domus Israel qui moysi
in igne flamme rubi apparuisti
et ei in syna legem dedisti veni
ad redimendum nos in brachio
extento anth. O radix yesse
qui stas in signum populorum super
quem continebunt reges os suum
quem gentes deprecabuntur veni ad
liberandum nos iam noli tar-
dare ant. O clavis david et
sceptrum domus Israel qui aperis et
nemo claudit claudis et nemo
aperit veni et educ vinctos de
domo carceris sedentes in tene-
bris et in umbra mortis anth.
O oriens splendor lucis eter-
ne et sol iusticie veni et illumi-
na sedentes in tenebris et in

O virgo virginum quo fiet istud quia nec primam similem visa es nec habere
sequentem. filie ierusalem quid me admiramini divinum est misterium hoc quod cernitis
O gabriel nuncius celorum qui ianuis clausis ad me intrasti et
verbum nunciasti concipies et paries filium emanuel vocabitur. Crux ...

xx

umbra mortis. an. O rex gen
cium et desideratus earum lapisque
angularis qui facis utraque unum
veni salva hominem quem de
limo formasti. an. O emanuel
et rex legifer noster expectatio gencium
et salvator earum veni ad salvan
dum nos domine deus noster. antiphona
O ierusalem civitas dei summi
leva in circuitu oculos tuos et vide
dominum tuum quia iam veniet sol
vere te a vinculis. Invitatorium vigilie.
De illa occulta habitatione sua
egressus est filius dei descendens
visitare et consolare omnes qui
eum toto corde desiderabant. versus
Ex syon species decoris eius deus
noster manifeste veniet. Descendet
Ad magnificat an. O rex pacifice tu
ante secula nate per auream egredere
portam redemptos tuos visita
et eos illuc revoca unde ruerunt
per culpam. ps. magnificat. Item ... ergo
precedenti die an. istam vigiliam
vigilie in ecclesia cathedrali et vigi
lie defunctorum siluerunt et re
sumuntur post octavam epyphanie. Item ...
in vesperis vigilia vigilie debent
campane sollempniter pulsari.
Item ... si vigilia nativitatis
domini in diem dominicum venerit item
sabbato precedenti an. Quomodo
fiet istud etc. ps. Benedictus cum

precibus et capitulo et oracione dominice
precedentis et feria. De illa occulta
et post gloria patri resumitur feria. In
matutino die dominico Invitatorium
et versus Dominica ... de adventu cum
in primo nocturno ... lectiones in
dominicis lectiones ... et ... feria de eo
Canite tuba in ... Cum esset
desponsata in cuius fine ... et
laudibus psalmi laudum. De regina
cum aliis capitulum et an. ad benedictus feria
ad horas cum versiculo et oracione post de vi
gilia dicantur. Omnia ista dicantur
capitulum et oracio cum an. ad benedictus feria
precedenti dicatur. Si vero quarta
cum illo die ... evenit item
in primis vesperis vigilie dicantur
psalmi ... quoque illo die ...
feria ad magnificat psalmi de die alia o...
nes. Invitatorium nativitatis In ...
Hodie scietis quia veniet dominus
Et mane videbitis gloriam eius.
Venite exultemus. ympnus. Verbum
supernum. versus Hodie scietis quia
veniet dominus et mane. Secundum matheum.
Cum esset desponsata
mater ihesu maria yo
seph antequam convenirent
inventa est in utero habens de
spiritu sancto. Responsorium. Omelia Origenis.
Quod dicit antequam
convenirent inventa
est in utero habens. antequam

nuptiarum dies fuit celebrate
i uenta est in utero habens a
nullo alio nisi a spiritu sancto
Joseph autem uir eius
cum esset iustus et nollet eam
traducere · uoluit autem
occulte dimittere eam · Videns
autem ioseph sponsam suam
concepisse quam nouerat a nullo
uiro contactam · cum esset
iustus et iuste omnia uolumus
agere optimum duxit · ut uero
hoc alius preter uerum ipse eam
acciperet in uxorem · Tu autem R.
Sanctificamini hodie et estote
parati · Quia die crastina uidebitis
maiestatem dei in uobis · V. Hodie
scietis quia ueniet dominus et mane
uidebitis gloriam eius · Quia le.
Sequitur · Hec autem
eo cogitante ecce ange
lus domini in sompnis ap
paruit ei dicens · Joseph fi
li dauid · noli timere accipe
mariam coniugem tuam · Quod
enim in ea natum est de spiritu
sancto natum est · Omnibus
pertractatis consultum dei gra
tuitis mollitur Joseph fi
dutiis uetem commonere
quod tantum dispensacionis ius
titiatis accipe uelut solo
de nomine coniugem ue
uidelicet qui adulteram anuntia
lapidaretur · Tu autem R.
Constantes estote uidebitis au
xilium domini super uos iudea et
ierusalem nolite timere · Cras egredi
emini et dominus erit uobiscum V. Hodie
Vos qui in puluere estis exper
giscimini et laudate ecce dominus
ueniet cum salute · Cras lec.
Hanc ergo festiuitatem
fratres karissimi sancto atque
spirituali gaudio celebremus
non in eorum carnalibus
desideriis sed insistentes bonis
operibus · Nobis sunt uia pendi
copiosa ut ex eis pauperum
letificetur inopia · In ipsis
deliciis quibus mensa reple
regni celestis possessio com
paratur · In istis cum quibus
qui comeditis fratres · uitam
istam sustentatis paulu
lum · In illis autem que pau
peribus datis etiam beatitudi
nem comparatis ubi sine
ulla fame nobis fluet Tu.
Sanctificamini filii israel dicit do
minus die enim crastina descendet dominus et
auferet a uobis omnem languorem V.
Ecce dominus ueniet ut saluos nos
faciat et illuminet abscondita
tenebrarum Cras auferet V. Constantes
estote uidebitis auxilium Laudes.

Constantes estote videbitis
auxilium domini super vos ps dec
cantem sibi antiph Hodie sci
etis quia veniet dominus et mane
videbitis gloriam eius antiph
Crastina die delebitur iniquitas
terre et regnabit super nos salvator
mundi ant Rex pacificus
magnificatus est cuius vultum de
siderabit universa terra Si vigilia
in sabbatum evenerit tunc dicatur hec a
Expectetur super ps Audite ce
celi i alias vero dicatur ps Eructavit
antiph Magnificatus est rex
pacificus super omnes reges uni
verse terre capitulum Propter syon
non tacebo et propter ierusalem non
quiescam donec egrediatur
ut splendor iustus eius et
salvator eius ut lampas
accendatur Deo gratias ympnus Vox
clara v Constantes estote ant
Ioseph fili david noli timere
accipe mariam coniugem tuam
quod enim in ea natum est de spiritu sancto
est alleluia ps Benedictus Oratio
Deus qui nos redemptionis
nostre annua expectatione letifi
cas presta ut unigenitum tuum
quem redemptorem leti suscipi
mus venientem quoque iudicem securi
videamus per eundem Ad horas
antiph laud ad terciam R Hodie

scietis quia veniet dominus Et ma
ne videbitis gloriam eius Cras
v Crastina die delebitur Ad vi ca
Videbunt gentes iustum
tuum et vocabit nomen novum
quod os domini nominavit Deo gratias
R Crastina die delebitur iniquitas
terre Et regnabit super nos salvator
mundi Iniquitas v Crastina die
erit nobis Ad ix capitulum Non
vocaberis ultra derelicta et terra
tua non vocabitur amplius
desolata sed vocaberis voluntas
mea in ea et terra tua inhabitabitur quia
complacuit domino in te Deo gratias R
Crastina die erit nobis salus v Di
cit dominus deus exercituum Erit v Constan
In vigilia nativitatis domini ad vs ant
Iudea et ierusalem nolite timere cras
egredimini et dominus erit vobiscum
alleluia ps Laudate pueri dominum ant
Gaude et letare ierusalem quia rex tuus (certe)
veniet de quo prophete predixerunt quem
angeli adoraverunt cui cherubyn
et seraphyn sanctus sanctus sanctus proclamant
ps Laudate dominum omnes ant Orietur
sicut sol salvator mundi et descendet
in uterum virginis sicut ymber super
gramen alleluia ps Lauda ierusalem ant
Dum ortus fuerit sol de celo vide
bitis regem regum procedentem a
patre tamquam sponsum de thalamo
suo ps Laudate dominum quia antiph

Bethleem non es minima in
principibus iuda ex te enim exiet
dux qui regat populum meum israel ip
se enim salvum faciet populum suum
a peccatis eorum ps Lauda ierusalem cap
Propter syon non tacebo R Iudea
et ierusalem nolite timere Cras egre
diemini et dominus erit vobiscum v
Constantes estote videbitis au
xilium domini super nos Cras ym
Veni redemptor ann in ij sup Preseps
iam fulget ad magnificat an Cum esset
desponsata mater ihesu maria yo
seph antequam convenirent in
venta est in utero habens quod enim
in ea natum est de spiritu sancto est
alleluia ps Magnificat oro Deus qui
nos redemptionis v Conditor all

Propter nimiam karita
tem suam qua dilexit
nos deus filium suum mittens
in similitudinem carnis pec
cati legis [illegible] redimit
Deo v Benedictus qui venit
in nomine domini Deus in adi an
Scitote quia prope est regnum
dei amen dico vobis quia non
tardabit ps [illegible] or

Da quaesumus omnipotens deus
ut qui nova incar
nati verbi tui luce perfundi
mur hoc in nostro resplendeat
opere quod per fidem fulget
in mente per dominum Invitatorium
Christus natus est nobis venite
adoremus ps Venite ex antiphona
Dominus dixit ad me filius
meus es tu ego hodie genui te ps
Quare fremuerunt an Tamquam sponsus
dominus procedens de thalamo suo ps
Celi enarrant an Diffusa est gratia
in labiis tuis propterea benedixit te deus
in eternum ps Eructavit v Tamquam
sponsus dominus procedens Lectio prima

Primo tem
pore al
leviata
est terra
zabulon
et terra
neptalim. Et novis
simo aggravata est via
maris trans iordanem
galilee gentium. Popu
lus gentium qui
ambulabat in tenebris
vidit lucem magnam
Habitantibus in regione um
bre mortis lux orta est eis
Multiplicasti gentem non
magnificasti leticiam. Le
tabuntur coram te sicut qui
letantur in messe. Sicut ex
ultant victores capta preda
quando dividunt spolia. Iugum
enim oneris eius et virgam

humeri eius et sceptrum exactoris eius superasti sicut in die madian. Quia omnis violenta predatio cum tumultu et vestimentum mixtum sanguine erit in combustionem et cibus ignis. Hec dicit. R.

Hodie nobis celorum rex de virgine nasci dignatus est ut hominem perditum ad regna celestia revocaret gaudet exercitus angelorum quia salus eterna humano generi apparuit. V. Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. Quia salus. Lectio secunda.

Consolamini consolamini popule meus dicit deus vester. Loquimini ad cor Iherusalem et advocate eam quia completa est malicia eius dimissa est iniquitas illius. Suscepit de manu domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Vox clamantis in deserto parate viam domini rectas facite semitas dei nostri. Omnis vallis implebitur et omnis mons et collis humiliabitur et erunt prava in directa et aspera in vias planas. Et revelabitur gloria domini et videbit omnis caro pariter quod os domini locutum est. Hec. R.

Hodie nobis de celo pax vera descendit. Hodie per totum mundum melliflui facti sunt celi. V. Gloria in excelsis deo et in terra pax hominibus bone voluntatis. Hodie. Lectio iii.

Consurge consurge induere fortitudine tua Syon, induere vestimentis glorie tue Iherusalem civitas sancti. Quia non adiciet ultra ut pertranseat per te incircumcisus et immundus. Excutere de pulvere consurge sede Iherusalem, solve vincla colli tui captiva filia Syon. Quia hec dicit dominus: Gratis venundati estis et sine argento redimemini. Quia hec dicit dominus: In Egiptum descendit populus meus ut incola esset ibi, et Assur absque ulla causa calumpniatus est eum. Hec. R.

Descendit de celis missus ab arce patris introivit per aurem virginis in regionem nostram indutus stola purpurea et exivit per auream portam lux et decus universe fabrice mundi. V. Tanquam sponsus dominus procedens de thalamo suo. Et exivit. In ii nocturno. Antiphona.

Suscepimus deus misericordiam tuam in medio templi tui. Psalmus. Magnus dominus. Antiphona.

Orietur in diebus domini habundantia pacis et dominabitur. Psalmus. Deus iudicium. Antiphona.

Veritas de terra orta est.

et iusticia de celo prospexit. ps. Benedixisti
domine terram. V. Speciosus forma. lc̄o iiij

Natalis dies domini
nec de causa a patribus
nostris sollempnis institutus
est quia in eo Christus pro redemptio
ne mundi nasci dignatus est (corpus uo)
prodiens ex utero virginis que
erat ipsius templum. Cuius sus
cepte carnis causa hec est
postquam enim in iudicia diabo
li parens ille primus spe se
ductus in mortem cecidit. confe
stim exul proditus in omnem
genie sue radicem malicie
et peccati transfudit. Crescebatque
in malum vehemencius omne
genus mortalium. Diffu
sis ubique sceleribus. et quod
est nequius omnium cultum
ydolorum. Tu autem. R. Quem
vidistis pastores dicite annuncia
te nobis in terris quis apparuit. Natum
vidimus in choro angelorum salva
torem dominum. V. Dicite quid nam
vidistis et annunciate Christi nativita
tem. Natum vidimus. lc̄o quint

Volens ergo deus
eliminare peccatum. con
stituit verbo lege prophetis signis
plagis prodigiis. Sed cum nec
siquidem errores suos agno
vitus agnosceret mundus

misit deus filium suum in
carnem indueret et hominibus
appareret et peccatores sanaret quia
ideo in hominem venit. quia per
se ipsum ab hominibus agnosci
non potuit. Salvator no
ster dilectissimi hodie natus est
gaudeamus. Neque enim
locum fas est tristicie. ubi na
talis est vite. Que consumpto
mortalitatis timore ingerit
nobis de promissa eternitatis le
ticiam. Nemo enim ab hui
us alacritatis participatione se
cernitur. una cunctis leticie
racio est. quia dominus
noster peccati mortisque destructor sic
nullum a reatu liberum reperit
ita pro liberandis omnibus venit.
Tu autem. R. O magnum misterium
et admirabile sacramentum ut animalia
viderent dominum natum iacentem
in presepio. beata virgo maria cuius
viscera meruerunt portare dominum
Christum ihesum. V. Domine audivi audi
tum tuum et timui consideravi
opera tua et expavi in medio du
um animalium. Iacentem. lc̄o

Exultet sanctus quia
appropinquat ad palmam.
Gaudeat peccator quia invitatur
ad veniam. Animetur gen
tilis quia vocatur ad vitam.

Dei namque filius secundum
plenitudinem temporis quam
diuini consilii inscrutabilis
altitudo disposuit reconci
liando auctori suo natura
assumpsit genus humanum
ut inuentorem mortis dyabolum
per eam quam uicerat uince
ret. In quo conflictu pro nobis
inito magno et mirabili equi
tatis iure certatum est. Dum
omnipotens dominus cum seuissimo ho
ste non in sua maiestate sed
in nostra humilitate congreditur
obiciens ei eandem formam
eandemque naturam mortalita
tis nostre participem sed
peccati totius expertem. Tu autem. R.
Beata dei genitrix maria cuius uiscera
intacta permanent hodie genuit
saluatorem seculi. V. Beata que credidit
quoniam perfecta sunt omnia que dicta
sunt ei a domino. Hodie. In iii noct.
Ipse inuocauit me alleluia pater meus
es tu alleluia. Ps. Misericordias domini. Ant.
Letentur celi et exultet terra ante
faciem domini quia uenit. Ps. Cantate.
Ant. Notum fecit dominus alleluia
salutare suum alleluia. Ps. Cantate. iii.
V. Natus est nobis saluator. Secundum Lucam.
In illo tempore. Exiit edictum
a cesare augusto ut descri
beretur uniuersus orbis. Et reliqua. Gregorii.

Quia largiente domino
missarum sollempnia
ter hodie celebraturi sumus
loqui diu de euangelica lec
tione non possumus. Sed nos
aliquid uel breuiter de re redemp
toris nostri natiuitas ipsa com
pellit. Quid est quod nasci
turo domino mundus descri
bitur nisi quod hoc aperte monstra
tur quia ille apparebat in carne qui
electos suos ascriberet in eternita
te. Quo contra de reprobis per pro
phetam dicitur: Deleantur de libro
uiuentium et cum iustis non
scribantur. Qui bene etiam
in bethleem nascitur. Bethle
em namque domus panis in
terpretatur. Ipse namque est qui
ait: Ego sum panis uiuus
qui de celo descendi. Locus
ergo in quo dominus nascitur domus
panis ante est uocatus quia
futurum profecto erat ut ille ibi
per materiam carnis appareret
qui electorum mentes eterna sa
cietate reficeret. Tu autem. R.
Sancta et immaculata uirgini
tas quibus te laudibus referam
nescio. Quia quem celi capere
non poterant tuo gremio con
tulisti. V. Benedicta tu in mulieribus
Et benedictus fructus uentris tui.

In ·iii· l· Sc(un)d(u)m lucam·
Sagitta yonathe numquam rediit retrorsum · gladius saul non est reversus inanis · Saul et yonathas amabiles et decori in vita sua in morte quoque non sunt divisi · aquilis velociores leonibus fortiores · Filie israel super saul flete qui vestiebat vos coccino in deliciis qui prebebat ornamenta aurea cultui vestro · Quomodo ceciderunt fortes in prelio · Yonathas in excelsis tuis interfectus est ut occisus · Doleo super te frater mi yonatha decore nimis et amabilis super amorem mulierum · Sicut mater amat unicum filium suum · ita te diligebam ·

Quō ceciderūt robusti
ꝛ perierunt arma bellica.
Igitur post hec cōsuluit
dauid dn̄m dicēs. Nūq̄
ascendam in unam ciuita-
tum iuda? ꝛ ait dominus ad
eum. Ascende. Et dixit ad
eum. Quo ascendam? Et
ridit ei. In hebron. Ascē-
dit ergo dauid ꝛ due uxo-
res eius. achinoam yez-
rahelites. ꝛ abigayl u-
xor nabal carmeli.
Sed ꝛ uiros qui erant
cū eo duxit dauid singulos
cū domo sua. ꝛ manserūt
in oppidis ebron. Vene-
runtque uiri iuda ꝛ un-
xerunt ibi dauid ut regnaret
sup domum iuda. Capitulum II

Et nuntiatum est dauid
quod uiri yabes ga-
laad sepellissent saul.
Misit ergo dauid nuncios
ad uiros yabes galaad.
Dixitque ad eos. Bene-
dicti uos domino q̄ fecistis
misericordiam hanc cū dn̄o uestro
saul ꝛ sepelistis eū. Et

nunc retribuet quidem uobis
dominus misericordiam ꝛ ueritatem. Sed
ꝛ ego reddam gratiam eo quod
fecistis uerbum istud. Cō-
fortentur manus uestre
ꝛ estote filii fortitudinis.
Licet enim mortuus sit dn̄s
uester saul. tamen me unxit domus
iuda in regem sibi. Abne-
ner autem filius ner princeps
exercitus saul ꝛ circumduxit
eū per castra. regemque cōstituit
sup galaad ꝛ super gethsuri
ꝛ sup yezrahel ꝛ sup
effraym ꝛ super beniamyn
ꝛ sup uniuersum israel. Quadraginta an-
norum erat ysboseth filius
saul cū regnare cepisset super
israel ꝛ duobus annis regnauit.
Sola autem domus iuda
sequebatur dauid. Et fuit
numerus dierum quos commoratus est
dauid imperans in ebron
super domum iuda vii annos
ꝛ vi mensium. Factum est ergo
longa concertatio inter do-
mum saul ꝛ inter domum
iuda. Dauid proficiens
ꝛ sup se ipso robustior

Domus autem saul dec-
rescens cotidie. Nati que
sunt filii dauid in ebron.
Fuitque primogenitus eius
amon de achynoem iezra-
helitide. et post eum celeabuch
de abigail uxore na-
bal carmeli. Porro tercius
absolon filius maacham
filie tholomei regis gessur.
Quartus autem adonias
filius aggith. et quintus
saphatias filius abithal.
Sextus quoque iethraam
de egla uxore dauid. Tu autem.

Dominica infra de tercio libro regum.

Et rex dauid senuerat
habebatque plurimos
annos. Cumque operiretur
uestibus non calefiebat.
Dixerunt ergo ei serui sui.
Queramus domino nostro regi ado-
lescentulam uirginem et stet
coram rege et foueat eum
dormiatque cum eo in sinu
suo et calefaciat dominum
nostrum regem. l. ij. Quesierunt
igitur adolescentulam speciosam
in omnibus finibus israel et in-
uenerunt abisag suna-
mitem. et adduxerunt
eam ad regem. Erat
autem puella pulchra ni-
mis. Dormiebatque cum
rege et ministrabat ei. Rex
uero non cognouit eam.
Adonias autem filius
aggith eleuabatur dicens.
Ego regnabo. Fecitque sibi
currus et equites et quinqua-
ginta uiros qui ante
eum currerent. Nec corripuit eum
pater suus aliquando dicens.
Quare hoc fecisti. Erat autem
et ipse pulcher ualde secundus
natu post absolon. et sermo
ei cum ioab filio saruie
et cum abiathar sacerdote qui
adiuuabant partes adonie.
Sadoch uero sacerdos
et banaias filius ioiade
et nathan propheta et semey
et rethi. et phelethi et robur
exercitus Dauid non erat
cum adonia. Immolatis
ergo adonias arietibus et
uitulis et uniuersis pin-
guibus iuxta lapidem zo-
leth. qui erat uicinus fonti
rogel. Vocauitque uniuersos

fratres suos filios regis et omnes uiros iuda seruos regis. Nathan autem prophetam et salomonem fratrem suum banaiam et robustos non uocauit.

Dixit itaque nathan ad bethsabee matrem salomonis: Num audisti quod regnauit adonias filius aggith, et dominus noster dauid hoc ignorat? Nunc ergo ueni accipe consilium a me et salua animam tuam filiique tui salomonis. Vade et ingredere ad regem dauid et dic ei: Nonne tu domine mi rex iurasti mihi ancille tue dicens: Quod salomon filius tuus regnabit post me et ipse sedebit in solio meo. Quare ergo regnat adonias? Et adhuc te ibi loquente cum rege ego ueniam post te et complebo sermones tuos.

Ingressa est itaque bethsabee ad regem in cubiculo. Rex autem senuerat nimis et abisag sunamitis ministrabat ei. Inclinauit se bethsabee et adorauit regem. Ad quam rex: Quid tibi uis? Que respondens ait: Domine mi rex tu iurasti per dominum deum tuum ancille tue: Salomon filius tuus regnabit post me et ipse sedebit in solio meo. Et ecce nunc adonias regnat te domine mi rex ignorante. Mactauitque boues et pinguia queque arietes plurimos et uocauit omnes filios regis. Abiathar quoque sacerdotem et ioab principem militie. Salomonem autem seruum tuum non uocauit. Uerumtamen domine mi rex in te oculi respiciunt totius israel ut indices eis quis sedere debeat ipse in solio tuo domine mi rex post te. Eritque cum dormierit dominus meus rex cum patribus suis erimus ego et filius meus salomon peccatores.

Adhuc illa loquente cum rege, nathan propheta uenit. Et nuntiauerunt regi dicentes: Ad-

et nathan propheta. Cumque
introisset in conspectu regis
et adorasset eum pronus in
terram. Dixit nathan:
Domine mi rex. Tu dixisti
adonias regnet post me
et ipse sedeat super thronum
meum. quia descendit hodie
et immolavit boves et
pinguia et arietes plu-
rimos. Et vocavit universos
filios regis et principes
exercitus. abiathar quoque
sacerdotem. illisque vescentibus
et bibentibus coram eo et di-
centibus: Vivat rex ado-
nias. me servum tuum et
sadoch sacerdotem et banay-
am filium ioiade et filium
tuum salomonem non vo-
cavit. Numquid a domino
meo exivit hoc verbum et mi-
hi non indicasti servo tuo quis
sessurus esset super thronum
domini mei regis post eum. Et
respondit rex david dicens: Voca-
te ad me bersabee. Que cum
fuisset ingressa coram rege
et stetisset ante eum iuravit

rex et ait: Vivit dominus qui
eruit animam meam de om-
ni angustia. quia sicut iuravi
tibi per dominum deum israel dicens:
Salomon filius tuus reg-
nabit post me et ipse sedebit
in solio meo pro me. sic fa-
ciam hodie. Summissoque
bersabee vultu in terram ado-
ravit regem dicens: Vivat
dominus meus rex david in eternum.
Dixitque rex david: Vocate
sadoch sacerdotem et nathan
prophetam et banayam filium
ioiade. Qui cum ingressi
fuissent coram rege dixit
ad eos rex: Tollite vo-
biscum servos domini vestri et
imponite salomonem
filium meum super mulam
meam et ducite eum in
gyon. et ungat eum ibi
sadoch sacerdos et nathan
propheta in regem super israel et
canetis buccina atque dicetis: Vivat
rex salomon. Et ascendetis
post eum et venietis et sede-
bit super solium meum. et

ipse regnabit pro me. Illique precipiam ut sit dux super israel et super iudam. Et respondit banaias filius ioiade regi dicens. Amen. Sic loquatur dominus deus domini mei regis. Quomodo fuit dominus cum domino meo rege sic sit cum salomone et sublimius faciat solium eius a solio domini mei regis david. Dominica viij post trinitatem

Descendit ergo sadoch sacerdos et nathan propheta et posuerunt salomonem super mulam regis david et adduxerunt eum in gyon. Sumpsitque sadoch sacerdos cornu olei de tabernaculo et unxit salomonem. Et cecinerunt buccina et dixit omnis populus. Vivat rex salomon. Et ascendit universa multitudo post eum et populus canentium tibiis et letantium gaudio magno et insonuit terra a clamore eorum. Audivit autem adonias et omnes qui invitati fuerant ab eo. Iamque convivium finitum erat. Sed et ioab audita voce tube ait. Quid sibi vult clamor civitatis tumultuantis. Adhuc illo loquente ionathas filius abiathar sacerdos venit. Cui dixit adonias. Ingredere quia vir fortis es et bona nuncians. Respondit ionathas adonie. Nequaquam. Dominus enim rex david regem constituit salomonem. Misitque cum eo sadoch sacerdotem et nathan prophetam et banaiam filium ioiade et cerethi et phelethi et posuerunt eum super mulam regis. Unxeruntque eum sadoch sacerdos et nathan propheta regem in gyon et ascenderunt inde letantes et insonuit civitas. Hec est vox quam audistis. Sed et salomon sedet super solium regni. Et ingressi servi regis benedixerunt domino

nostrum regi david dicentes Amplificet deus nomen salomonis super nomen tuum, et magnificet thronum eius super thronum tuum. Et adoravit rex david in lecto suo, et insuper locutus est: Benedictus dominus deus israel, qui dedit hodie sedentem in solio meo videntibus oculis meis.

Territi sunt ergo et surrexerunt omnes qui invitati fuerant ab adonia, et ivit unusquisque in viam suam.

Adonias autem timens salomonem surrexit, et abiit in tabernaculum domini, et tenuit cornu altaris. Tu *lectio v.*

Et nuntiaverunt salomoni dicentes: Ecce adonias timens regem salomonem tenet cornu altaris dicens: Iuret mihi rex salomon hodie quod non interficiat servum suum gladio.

Dixitque salomon: Si fuerit vir bonus, non cadet ne unus quidem capillus eius in terram; si autem malum inventum fuerit in eo, morietur. Misit ergo rex salomon, et eduxit eum ab altari; et ingressus adoravit regem salomonem. Dixitque ei salomon: Vade in domum tuam. Tu *post dominica*

Appropinquaverunt autem dies david ut moreretur, praecepitque salomoni filio suo dicens: Ecce ego ingredior viam universae terrae; confortare, et esto vir fortis, et observa custodias domini dei tui, ut ambules in viis eius, et custodias ceremonias eius, et praecepta eius, et iudicia, et testimonia, sicut scriptum est in lege moysi, ut intelligas universa quae facis, et quocumque te verteris: ut confirmet dominus sermones suos quos locutus est de me dicens: Si custodierint filii tui vias suas, et ambulaverint coram me in veritate in omni corde suo, et in omni anima sua, non auferetur tibi vir de solio israel. Tu quoque nosti quae fecerit mihi ioab filius sarviae, quae fecerit duobus

principibus exercitus israhel: abner filius ner. et amasse filio iether. quos occidit et effudit sanguinem belli in pace et posuit cruorem prelii in balteo suo qui erat circa lumbos eius. et in calciamento suo quod erat in pedibus eius. Facies ergo iuxta sapientiam tuam. et non deduces canitiem eius pacifice ad inferos. sed et filiis berzellai galaaditis reddes gratiam. Eruntque comedentes in mensa tua. Occurrerunt enim mihi quando fugiebam a facie absolon fratris tui. Tu autem.

Dñica ix post tr. iiij° lib° regum.

Factum est cum levare vellet dominus helyam per turbinem in celum. ibant helias et helyseus de galgalis. Dixitque helyas ad helyseum. Sede hic quia dominus misit me usque in bethel. Cui helyseus. Vivit dominus et vivit anima tua quia non derelinquam te. Tu autem. Cumque descendissent in bethel. egressi sunt filii prophetarum qui erant in bethel ad helyseum et dixerunt ei. Numquid nosti quia dominus hodie tollet dominum tuum a te. Qui respondit. Et ego novi silete. Tu autem. Lectio tercia.

Dixit autem helyas ad helyseum. Sede hic quia dominus misit me in iericho. Et ille ait. Vivit dominus et vivit anima tua. quia non derelinquam te. Cumque venissent iericho accesserunt filii prophetarum qui erant in iericho ad helyseum et dixerunt ei. Numquid nosti quia dominus hodie tollet dominum tuum a te. Et ait. Ego novi silete. Tu autem. Dixit autem helyas ei. Sede hic quia dominus misit me ad iordanem. Qui ait. Vivit dominus et vivit anima tua quia non derelinquam te. Ierunt igitur ambo pariter. et quinquaginta viri de filiis prophetarum secuti sunt qui et steterunt e contra longe

Illi autem stabant ambo
super iordanem. Tulitque
helyas pallium suum et in
uoluit illud. et percussit aquas.
Que diuise sunt in utramque
partem et transierunt ambo
per siccum. Cumque
transisset helias dixit ad
helyseum. Postula quid
uis ut faciam tibi antequam
tollar a te. Dixitque hely
seus. Obsecro ut fiat spi
ritus duplex in me. Qui
respondit. Rem difficilem po
stulasti. Attamen si videris
me quando tollar a te erit quod pe
tisti. Si autem non videris
non erit. Cumque pergerent et
incedentes sermocinarentur
ecce currus igneus et equi
ignei diuiserunt utrumque
et ascendit helyas per turbinem
in celum. Heliseus autem
uidebat et clamabat. Pater
mi pater mi currus israel et auri
ga eius. Et non vidit eum
amplius. Apprehenditque ve
stimenta sua et scidit illa
in duas partes et leuauit
pallium helye quod
ceciderat ei. pcedoni

Reuersusque stetit su
per ripam iordanis
et pallio helye quod ceci
derat ei percussit aquas et non
sunt diuise et dixit. Ubi
est deus helye etiam nunc.
Percussitque aquas et diuise
sunt huc atque illuc et transiit
helyseus. Videntes autem
filii prophetarum qui erant in
iericho e contra dixerunt.
Requieuit spiritus helye super
helyseum. Et uenientes in
occursum eius adorauerunt
eum proni in terram. Di
xeruntque illi. Ecce cum seruis
tuis sunt l. uiri fortes qui
possunt ire et querere dominum tuum
ne forte tulerit eum spiritus
domini et proiecerit eum in uno
montium aut in una
uallium. Qui ait. Nolite
mittere. Coegeruntque
eum donec acquiesceret et
diceret. mittite. Et mise
runt l. uiros. Qui cum
quesissent tribus diebus non

invenerunt · et reversi sunt
ad eum. At ille habita-
bat in iericho. Dixitque
eis: Numquid non dixi
vobis: nolite mittere.
Dixerunt quoque viri civitatis
ad helyseum: Ecce habitatio
civitatis huius optima
est sicut tu ipse domine per-
spicis · sed aque pessime
sunt et terra sterilis. At ille ait:
Afferte michi vas novum
et mittite in illud sal. Quod
cum attulissent · egressus ad
fontem aquarum misit in illum
sal et ait: Hec dicit dominus:
Sanavi aquas has et
non erit in eis ultra mors
neque sterilitas. Quīta ẍ

Sanate sunt ergo aque
usque in diem hanc
iuxta verbum helysei
quod locutus est. Ascendit
autem inde in bethel. Cumque as-
cenderet per viam · pueri egressi
sunt de civitate et illudebant
ei dicentes · Ascende calve
ascende calve. Qui cum
respexisset vidit eos et

maledixit eis in nomine
domini. Egressique sunt duo
ursi de saltu et laceraverunt
ex eis xlij · duos pueros.
Abiit autem inde in montem
carmeli · et inde reversus est
in samariam. Ioram vero
filius achab regnavit
super israhel in samaria anno
octavodecimo · iosaphat regis iude.
Regnavitque xij annis · et fecit
malum coram domino · sed
non sicut pater eius et mater.
Tulit enim statuas baal
quas fecerat pater eius · verumtamen in
peccatis ieroboam filii na-
bath qui peccare fecit israhel
adhesit · nec recessit ab eis.

Porro mesa rex moab
nutriebat multa pecora et
solvebat regi israhel centum
milia agnorum et centum milia
arietum cum velleribus suis.
Cumque mortuus fuisset
achab prevaricatus est fedus
quod habebat cum rege israhel. Egressus
igitur est rex ioram in die illa
de samaria · et recensuit uni-
versum israhel. Misitque ad io-

saphat regem iuda dicens.
Rex moab recessit a me
veni mecum contra eum in prelium.
Qui respondit. Ascendam. Qui
meus est tuus est. populus meus
populus tuus. et equi mei equi
tui. Dixitque. Per quam viam
ascendemus? At ille respondit. Per
desertum ydumee. A iiij
Perrexerunt igitur rex israel
et rex iuda et rex edom. et cir-
cuierunt per viam .vii. dierum. nec
erat aqua exercitui et iu-
mentis que sequebantur eos.
Dixitque rex iosaphat et
rex iuda. Heu heu heu.
Dominus congregavit nos
tres reges. ut traderet in
manus moab. Et ait yo-
saphat. Est ne hic propheta
domini ut deprecemur dominum per eum?
Et respondit unus de servis
regis israel. Est hic helyseus
filius saphat qui fundebat
aquam super manus helye. Et
ait iosaphat. Est apud
eum sermo domini. Descenditque
ad eum rex israel et rex iosa-
phat rex iuda et rex edom.

Dixit autem helyseus ad
regem israel. Quid mihi
et tibi est? Vade ad prophetas
patris tui et matris tue. Et
ait illi rex israel. Quare
congregavit dominus tres
reges hos ut traderet
eos in manus moab?
Dixitque ad eum hely-
seus. Vivit dominus exercituum
in cuius conspectu sto quia
si non vultum iosaphat
regis iude erubescerem
non attendissem quidem te
nec respexissem. Nunc
autem adducite mihi psalten.
Cumque caneret psaltes
facta est super eum manus
domini et ait. Hec dicit dominus.
Facite alveum torrentis
huius fossas et fossas.
Hec enim dicit dominus. Non
videbitis ventum neque
pluviam et alveus iste
replebitur aquis. et bibetis
vos et familie vestre. et
iumenta vestra. Parumque
est hoc in conspectu domini. Insu-
per tradet etiam moab

in manus vestras et percutietis omnem civitatem munitam et omnem urbem electam et universum lignum fructiferum succidetis et cunctos fontes aquarum obturabitis et omnem agrum egregium operiens lapidibus. Tu. Inf[ra] oct[avam] dominice.

Factum est igitur mane quando sacrificium offerri solet et ecce aque veniebant per viam Edom et repleta est terra aquis. Universi autem Moabite audientes quod ascendissent reges ut pugnarent adversus eos convocaverunt omnes qui accincti sunt balteo desuper et steterunt in terminis. Primoque mane surgentes et orto iam sole ex adverso aquarum viderunt Moabite e contra aquas rubras quasi sanguinem et dixerunt: Sanguis gladii est; pugnaverunt reges contra se et cesi sunt mutuo. Nunc perge ad predam Moab. Perrexeruntque in castra Israel; porro consurgens Israel percussit Moab. At illi fugerunt coram eis. Venerunt igitur qui vicerant et percusserunt Moab et civitates destruxerunt et omnem agrum optimum mittentes singuli lapides repleverunt et universos fontes aquarum obturaverunt et omnia ligna fructifera succiderunt ita ut muri tantum fictiles remanerent; et circumdata est civitas a fundibulariis et magna ex parte percussa. Tu. Sabbato proximo ante kalendas augusti in vesperis super Magnificat antiphona: Emitte domine. Et in alio anno dicitur secundum ordinem dictarum feriarum et inque sabbato in vesperis ab hinc usque ad primum sabbatum kalendarum septembris exclusive viii. Deus creator dicitur ab hinc cum sabbato in vesperis et ... ad vesperas. Salva nos domine usque ad primum sabbatum in adventu domini exclusive. Ad invitatorium. Sapientia edificavit sibi domum, excidit columpnas vii, subdidit sibi gentes, superborum et sublimium

colla tua inimie calcauit antiph.
Sapiencia clamitat in plateis si quis
diligit sapienciam ad me declinet
et eam inueniet et cum inuenerit
beatus est si tenuerit eam. ant. Ego
in altissimis habito et tronus meus
in columpna nubis. ant. Omnis
sapiencia a domino deo est et cum illo
fuit semper et est ante euum. alleluya. antiph.
Dominus possedit me in inicio via-
rum suarum antequam quicquam faceret
a principio nec dum erant abyssi
et ego parturiebar qui preparabat
celos aderam cum eo componens
omnia. Dominica prima mensis augusti
leguntur in libro parabole salomonis
ecclesiastes Sapiencie et ecclesiasticus. Et
leguntur de eis cum scripturis ystoria usque ad
dicti dominicis et fi-
nis ad primam dominicam mensis septembris.

Parabole salomonis
filii dauid regis
israel. ad sciendam scienciam
et disciplinam. ad intelli-
genda uerba prudencie.
et suscipiendam erudicionem
doctrine. Justiciam et iudici-
um et equitatem. ut detur paruu-
lis astucia adolescenti sciencia
et intellectus. Audiens sa-
piens sapiencior erit
et intelligens gubernacula
possidebit. Animaduertet
parabolam et interpretacionem
uerba sapientum et enig-
mata eorum. Tu autem. Responsorium.
In principio deus antequam terram
faceret priusquam abyssos constitu-
eret priusquam produceret fontes
aquarum. Antequam montes col-
locarentur aut omnes colles
genuit me deus. Versus. Ego in al-
tissimis habito et tronus meus
in columpna nubis. Antequam. In ii.

Timor domini principium
sapiencie. Sapienciam
atque doctrinam stulti
despiciunt. Audi fili mi
disciplinam patris tui et
ne dimittas legem ma-
tris tue. ut addatur
gracia capiti tuo. et torques
collo tuo. Tu autem. Responsorium.
Emitte domine sapienciam de
sede magnitudinis tue ut me-
cum sit et mecum laboret ut
sciam quid acceptum sit
coram te omni tempore. Versus.

Da michi domine sedium tuarum assistricem sapientiam. Ut

Fili mi si te lactaverint peccatores ne acquiescas eis. Si dixerint veni nobiscum insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra. Deglutiamus eum sicut infernus viventem et integrum quasi descendentem in lacum. Omnem preciosam substanciam reperiemus, implebimus domus nostras spoliis. Sortem mitte nobiscum marsupium unum sit omnium nostrum. Tu autem. R. Da michi domine sedium tuarum assistricem sapientiam et noli me reprobare a pueris tuis. Quoniam servus tuus sum ego et filius ancille tue. V. Domine sancte pater et deus vite mee ne derelinquas me in cogitatu maligno. Quoniam.

Fili mi ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum a semitis eorum. Pedes enim illorum ad malum currunt et festinant ut effundant sanguinem. Frustra autem iacitur rete ante oculos pennatorum. Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur et moliuntur fraudes contra animas suas. Sic semite omnis avari animas possidentium rapiunt. Tu autem. R. Domine deus pater vite mee ne derelinquas me in cogitatu maligno. Extollenciam oculorum meorum ne dederis michi et desiderium malignum averte a me domine. Aufer a me concupiscentiam. Et animo irreverenti et infrunito ne tradas me domine. V. Da michi domine sedium tuarum assistricem.

Sapiencia foris predicat, in plateis dat vocem suam. In capite turbarum clamitat, in foribus portarum urbis profert verba sua dicens. Usquequo parvuli diligitis infantiam, et stulti ea que sibi sunt noxia cupiunt, et imprudentes odibunt scienciam. Convertimini ad correpcionem meam. En proferam vobis spiritum meum et ostendam verba mea. Quia vocavi et

renuistis. extendi manum
meam et non fuit qui aspiceret.
Despexistis omne consilium
meum. increpationes meas
neglexistis. Tu. ℟. Virum
iniquum et dolosum longe fac
a me domine. divitias et pauperta-
tem ne dederis michi sed tantum victui
meo tribue necessaria. ℣. Ne forte
satiatus evomam illud et pe-
ierem nomen dei mei. Sed tantum.

Ego quoque in interitu vestro
ridebo. et subsannabo
cum vobis quod timebatis
advenerit. Cum irruerit
repentina calamitas et
interitus quasi tempestas in-
gruerit. quando venerit super vos
tribulatio et angustia.
Tunc invocabunt me et non
exaudiam. mane con-
surgent et non invenient me.
eo quod exosam habuerint
disciplinam. et timorem domini
non susceperint nec acquie-
verint consilio meo. et de-
traxerint universe correptio-
ni mee. Tu. ℟. Gyrum celi circu-
ivi sola et in fluctibus maris am-
bulavi. In omni populo primatum
tenui superborum et sublimium colla
propria virtute calcavi. ℣. Ego in
altissimis habitavi. ℟. Initium
sapientie timor domini intellectus
bonus omnibus facientibus eum. Lau-
datio eius manet in seculum seculi. ℣.
Dispersit dedit pauperibus iustitia. ℟.
Magna cum sint iudicia tu-
a domine et inenarrabilia verba tua.
Magnificasti populum tuum et ho-
norasti. ℣. Deduxisti sicut oves
populum tuum in manu moysi et
aaron. Magnificasti. ℟. Super salu-
tem et omnem pulcritudinem
dilexi sapientiam et proposui pro luce
habere illam. venerunt michi omnia
bona pariter cum illa. ℣. Dixi sapien-
tie soror mea es et prudentiam vo-
cavi amicam meam. Venerunt. Inc. cb

Fili mi si susceperis
sermones meos
et mandata mea absconderis
penes te. ut audiat
sapientiam auris tua. inclina
cor tuum ad cognoscendam
prudentiam. Si enim sapientiam
invocaveris. et inclinaveris
cor tuum prudentie. si quesieris

eam quasi pecuniam. et
sicut thesauros effode
ris illam. Tunc intelliges
timorem domini. et scienciam
dei invenies. Quia dominus
dat sapienciam. et ex ore eius
prudencia et sciencia. Tu. R.
Prebe fili cor tuum michi et ocu
li tui vias meas custodiant. Ut
addatur gratia capiti tuo. V. V.
Attende fili mi sapienciam meam
et ad eloquium meum in
clina aurem tuam. Ut. Lectio
Qui custodiet rectorum
salutem. et proteget gradientes
simpliciter. servans semitas
iusticie. et vias sanctorum
custodiens. Tunc intelliges
iusticiam et iudicium et
equitatem. et omnem semitam
bonam. Si intraverit sapi
encia cor tuum. et sciencia anime tue
placuerit. consilium custo
diet te. et prudencia servabit
te. ut eruaris a via mala
et ab homine qui perversa lo
quitur. Tu. R. Fili noli deficere
a disciplina domini nec fatigeris
dum ab eo argueris. Quem enim

diligit dominus corripit. Et quasi pater in filio
complacuit sibi. V. Audi fili mi sa
pienciam patris tui et ne dimittas
legem matris tue. Et quasi pater. Lectio
Qui relinquunt iter rectum
et ambulant per vias tenebro
sas. Qui letantur cum male
fecerint. et exultant in rebus
pessimis. Quorum vie perverse et
gressus eorum infames. Ut e
ruaris a muliere aliena et
ab extranea que mollit sermones
suos. et relinquit ducem puberta
tis sue. et pacti dei sui ob
lita est. Inclinata est enim
ad mortem domus eius. et ad in
feros semite illius. Omnes
qui ingrediuntur ad eam non
revertentur. nec apprehendent
semitas vite. Tu autem. R.
Audi fili mi disciplinam patris
tui et ne dimittas legem matris
tue. Ut multiplicentur tibi anni vite
tue. V. Honora dominum de tua substancia
et de primiciis frugum tuarum
da pauperibus. Ut multi. Dominica secunda
mensis augusti. de ecclesiastes l. i.
Verba ecclesiastes filii
david regis iherusalem. Va

vanitas vanitatum dixit
ecclesiastes. et omnia vanitas.
Quid habet amplius homo de
universo labore suo quo la-
borat sub sole? Generatio
preterit et generatio advenit.
terra autem in eternum stat. ¶
Oritur sol et occidit et
ad locum suum revertitur. ibique
renascens gyrat per meridiem
et flectitur ad aquilonem. lustrans
universa in circuitu. pergit
spiritus et in circulos suos revertitur.
Omnia flumina intrant in
mare et mare non redun-
dat. ad locum unde exeunt
flumina revertuntur ut iterum
fluant. Cuncte res difficiles
non potest homo eas explicare
sermone. Non saturatur
oculus visu nec auris auditu
impletur. ¶ Quid est quod fuit?
ipsum quod futurum est. Quid est quod
factum est? ipsum quod faciendum est.
Nihil sub sole novum. nec
valet quisquam dicere ecce hoc
recens est. Iam enim precessit in
seculis que fuerunt ante nos. Non
est priorum memoria. sed nec eorum
quidem que postea futura sunt
erit recordatio apud eos
qui futuri sunt in novissimo.
Ego ecclesiastes fui rex
israhel in ierusalem et proposui in animo
meo querere et investigare
sapienter de omnibus que fiunt
sub sole. Hanc occupa-
tionem pessimam dedit deus
filiis hominum ut occupa-
rentur in ea. Vidi cuncta
que fiunt sub sole et ecce u-
niversa vanitas et afflic-
tio spiritus. perversi difficile cor-
riguntur et stultorum infini-
tus est numerus. ¶ Locutus
sum in corde meo dicens. Ecce
magnus effectus sum et precessi
omnes sapientia qui fuerunt an-
te me in ierusalem. et mens mea
contemplata est multa sa-
pienter et didici. dedique cor
meum ut scirem prudentiam
atque doctrinam. erroresque
et stultitiam. et
agnovi quod in his quoque esset la-
bor et afflictio spiritus. eo
quod in multa sapientia multa
sit indignatio. et qui ad-
dit scientiam addit et la-
borem. ¶ Dixi ego

in corde meo. Vadam et afflu-
am deliciis et fruar bo-
nis. Et vidi quod hoc quoque va-
nitas. Risum reputavi
errorem et gaudio dixi quid
frustra deciperis. Cogitavi
in corde meo abstrahere a
vino carnem meam
ut animum meum transferrem
ad sapientiam devitaremque
stulticiam donec viderem
quid esset utile filiis hominum
quo facto opus est sub sole
numero dierum vite sue. Ca.

Magnificavi opera
mea. Edificavi
domos plantavi vine-
as feci ortos et pomeri-
a et consevi ea cuncti
generis arboribus et extru-
xi mihi piscinas aquarum
ut irrigarem silvam ligno-
rum germinancium. Possedi ser-
vos et ancillas multam-
que familiam habui
armenta quoque et magnos o-
vium greges ultra omnes
qui fuerunt ante me in Jerusalem.
Coacervavi mihi argentum et
aurum et substancias regum

ac provinciarum. Feci mihi cantores
et cantatrices et delicias fi-
liorum hominum ciphos et ur-
ceolos in ministerio ad vina
fundenda et supergressus sum
opibus omnes qui ante me fu-
erunt in Jerusalem. Sapientia quoque perseve-
ravit mecum. Et omnia que de-
sideraverunt oculi mei non
negavi eis nec prohibui cor
meum quin omni voluptate
frueretur et oblectaret se in his
que paraveram. Et hanc ratus
sum partem meam si uterer la-
bore meo. Cumque me conu-
ertissem ad universa opera
que fecerant manus mee
et labores in quibus frustra su-
daveram vidi in omnibus va-
nitatem et afflictionem animi et
nichil permanere sub sole. Tran-
sivi ad contemplandam sapi-
enciam erroresque et stulticia-
am. Quid est, inquam, homo
ut sequi possit regem factorem
suum. Et vidi quod tantum sapiencia
precederet stulticiam quantum
differt lux tenebris. Et di-
dici quod unus utriusque sapientis
et stulti esset interitus. Et dixi

in corde meo. Si unius ca stitati in meis oculis erit quod non prodest quod minore su per sedi opinionem. Recitavi (?) in mente mea. nimirum quod hoc esset vanitas.

Dominica iij ... lectio libri sapientie c. i

Diligite iustitiam qui iudicatis terram. Sentite de domino in bonitate et in simplicitate cordis. Querite illum quoniam invenitur ab his qui non temptant illum. Apparet autem eis qui fidem habent in illum. Perverse enim cogitationes separant a deo. probata autem virtus corripit insipientes. Quoniam in malivolam animam non introibit sapientia. nec habitabit in corpore subdito peccatis. Spiritus enim sanctus discipline effugiet fictum et auferet se a cogitationibus que sunt sine intellectu. et corripietur a superveniente iniquitate. Benignus est enim spiritus sapientie et non liberabit maledictum a labiis suis. quoniam renum illius scrutator est verus et lingue eius auditor. Quoniam spiritus domini replevit orbem terrarum et hoc quod continet omnia scientiam habet vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua non potest latere nec preteriet illum corripiens iudicium. In cogitationibus enim impii interrogatio erit. Sermonum autem illius auditio ad deum veniet ad correptionem iniquitatum illius. Quoniam auris zeli audit omnia et tumultus murmurationum non abscondetur. Custodite ergo vos a murmuratione que nichil prodest. et a detractione parcite lingue quoniam sermo obscurus in vacuum non ibit. Os autem quod mentitur occidit animam.

Nolite zelare mortem in errorem vite vestre neque acquiratis perditionem in operibus manuum vestrarum. quoniam deus mortem non fecit nec letatur in perditione vivorum. Creavit enim deus ut essent omnia et sanabiles fecit nationes orbis terrarum. Non est in illis medicamentum exterminii nec inferorum

regnū inferi. Justicia n. ppetua ē ⁊ immortal(is). Iniusticia aūt mortis est acquisitio. Impii aūt manibus ⁊ u(er)bis accersierunt illam. ⁊ estimantes illam amicam defluxerunt. ⁊ sponsiones posuerunt ad illam: quia morte digni sunt q(ui) sunt ex parte illius. L.

Dixerunt enī impii cogitantes apud se nō recte. Exiguū ⁊ cū tedio est tēpus vite nr̄e. ⁊ non est refrigerium i fine hominis ⁊ nō est qui agnit(us) sit reversus ab inferis. q(ui)a ex nichilo nati sum(us). ⁊ p(ost) h(oc) erim(us) tanq(uam) si nō fuerim(us). Quia fum(us) flat(us) ē i naribus nr̄is. ⁊ sermo scintille ad cōmovendū cor nr̄m. q(ui)a extinctus cinis erit corp(us) nr̄m ⁊ sp(iritus) diffundet(ur) tanq(uam) mollis aer. ⁊ trāsiet vita nr̄a tanq(uam) vestigiū nubis ⁊ sic(ut) nebula dissolvet(ur) q(ue) fugata ē a radiis sol(is) ⁊ a calore illi(us) aggravata. Et nomē nr̄m oblivionē accipiet p(er) t(em)p(u)s. ⁊ nemo habebit memoriā opum nr̄arum. Lu.

Umbre enī transitus ē temp(us) nr̄m. et nō ē reversio finis nr̄i q(ui)a consignata ē ⁊ nemo revertitur. Venite g(o) ⁊ fruamur bonis que s(un)t. ⁊ utamur creatura tanq(uam) i iuventute celerit(er). Vino p(re)cioso ⁊ unguentis nos impleamus. ⁊ nō p(re)tereat nos flos temporis. Coronem(us) nos rosis anteq(uam) marcescant. Nullū p(ra)tu(m) sit q(uo)d nō p(er)transeat luxuria nr̄a. Nemo nr̄m sit exsors luxurie nr̄e. Ubiq(ue) relinquam(us) sig(na) leticie: quia hec ē pars nr̄a. ⁊ h(ec) ē sors nr̄a. L.

In f. ebdomadam lectiones.

Sapiēciā enī ⁊ disciplinam q(ui) abiicit infelix ē. ⁊ vacua ē spes illor(um) ⁊ labores sine fructu. ⁊ inutilia opera illor(um). Mulieres illor(um) insensate sunt. ⁊ nequissimi filii

Maledicta creatura eorum
quoniam felix est sterilis et incon-
taminata · que non scivit tho-
rum in delicto · habebit fructum in
respectione animarum sanctarum et
spado qui non operatus est
per manus suas · iniquitatem
nec cogitavit adversus deum
nequissima. Dabitur enim illi
fidei donum electum · et sors in
templo dei acceptissima ·
Bonorum enim laborum gloriosus
est fructus · et que non concidat ra-
dix sapientie · Filii autem adulte-
rorum in consummatione erunt et ab
iniquo thoro semen ex-
terminabitur · et siquidem longe
vite erunt · in nichilum compu-
tabuntur · et sine honore erit
novissima senectus illorum · et
si celerius defuncti fuerint non
habebunt spem · nec in die agni-
tionis allocutionem. Nati-
ones enim inique dire sunt consu-
mmationis. O quam pulchra est
casta generatio cum claritate. Im-
mortalis est enim memoria illius
quoniam et apud deum nota est et apud
homines. Cum presens est imitan-
tur illam · et desiderant eam cum
se eduxerit · et in perpetuum coronata

triumphat · incoinquinatorum
certaminum premium vincens.
Multigena autem impiorum
multitudo non erit utilis · et spu-
ria vitulamina et adul-
terine plantationes non da-
bunt radices altas · nec
stabile firmamentum colloca-
bunt. Tu. Dominica iiij mensis augusti
de libro ecclesiastici lectio prima

Omnis sapientia a domino
deo est et cum illo fuit
semper et est ante evum. Arenam ma-
ris et pluvie guttas et dies
seculi quis dinumeravit? Alti-
tudinem celi et latitudinem
terre et profundum abyssi quis
dimensus est? Sapientiam dei
precedentem omnia quis investi-
gavit? Prior omnium creata est
sapientia et intellectus prudentie
ab evo. Tu. Fons sapie-
ntie verbum dei in excelsis et ingres-
sus illius mandata eterna. Radix
sapientie cui revelata est et
astucias illius quis agnovit?
Disciplina sapientie cui re-
velata est et manifestata? et
multiplicationem ingressus illius
quis intellexit? Unus est altis-
simus creator omnium · rex potens

et metuendus nimis se-
dens super thronum illius et
dominans deus. Ipse creavit illam
spiritu sancto et vidit et dinumeravit
et mensus est. Et ef-
fudit illam super omnia
opera sua et super omnem
carnem secundum datum suum
et praebet illam diligentibus
se. Timor domini gloria et
gloriatio et laetitia et corona
exultationis. Timor domini
delectabit cor et dabit le-
titiam et gaudium in longi-
tudine dierum. Timenti domi-
num bene erit in extremis et in die
defunctionis suae benedicetur.
Quibus autem apparuerit in visu
in visione diligunt eam et
agnitione magnalium suorum.
Dilectio dei honorabilis sapientia.
Initium sapientiae timor domini
et cum fidelibus creatus est et cum
electis feminis graditur et cum
iustis et fidelibus agnoscitur.
Timor domini scientiae religio-
sitas. Religiositas custo-
diet et iustificabit cor iu-
cunditatem atque gaudium
dabit. Timenti dominum bene
erit in diebus consummationis
illius benedicetur. Plenitudo sa-
pientiae timere deum et plenitudo
a fructibus eius. Omnem
domum illius implebit a ge-
nerationibus et receptacula
a thesauris illius. Corona
sapientiae timor domini repleans
pacem et salutis fructum
et vidit et dinumeravit ea[m].
Utraque autem sunt dona dei.
Scientiam et intellectum pru-
dentiae sapientia compartietur et
gloriam tenentium se exaltat.
Radix sapientiae est timere
dominum; rami enim illius lon-
gaevi. In thesauris sapientiae
intellectus et scientiae religi-
ositas; execratio autem pecca-
toribus sapientia. Timor domini ex-
pellit peccatum. Nam qui
sine timore est non poterit
iustificari. Iracun-
dia enim animositatis
illius subversio illius est. Usque in
tempus sustinebit patiens
et postea redditio iucundi-
tatis. Bonus sensus usque in
tempus abscondet verba illius
et labia multorum enarra-

bum sensu illius. In the-
sauris sapientie significatio discipline:
execratio autem peccatori cultu-
ra dei. Capitulum ii. Fili concupiscens
sapientiam conserva iustitiam: et
deus illam prebebit tibi. Sapientia
enim et disciplina timor domini:
et quod beneplacitum est illi fides
et mansuetudo: et adimplebit
thesauros illius. Ne
sis incredibilis timori domini:
et ne accesseris ad illum duplici
corde. Ne fueris ypocrita
in conspectu hominum: et non scan-
dalizeris in labiis tuis. At-
tende in illis ne forte cadas
et adducas anime tue inhono-
rationem: et revelet deus ab-
scondita tua: et in medio sy-
nagoge elidat te: quia ma-
ligne ad dominum accessisti:
et cor tuum plenum est dolo
et fallacia. Capitulum ii. ecclesiastici

Fili accedens ad di-
vinam servitutem sta in iusti-
cia et timore: et prepara animam
tuam ad temptationem. De-
prime cor tuum et sustine: in-
clina aurem tuam et suscipe
verba intellectus: et ne festines
in tempore obductionis.
Sustine sustentationes
dei: coniungere deo et sustine:
ut crescat in novissimo vi-
ta tua. Omne quod tibi applicitum
fuerit accipe: et in dolore sus-
tine: et in humilitate tua pa-
tientiam habe: quoniam in igne
probatur aurum et argentum:
homines vero receptibiles
in camino humiliationis.
Crede deo et recipiet te:
et dirige viam tuam:
et spera in illum. Serva ti-
morem illius: et in illo veteras-
ce. Metuentes dominum sus-
tinete misericordiam eius: et non
deflectatis ab illo ne ca-
datis. Qui timetis dominum
credite illi: et non evacua-
bitur merces vestra. Qui ti-
metis dominum sperate in illum:
et in oblectationem veniet vobis
misericordia. Qui timetis dominum
diligite illum: et illuminabuntur
corda vestra. Respicite filii
nationes hominum: et scitote
quia nullus speravit in domino

et confusus est. Permansit in mandatis eius et derelictus est. Aut quis invocavit illum et despexit eum. Quoniam pius et misericors est deus et remittet in die tribulationis peccata et protector est omnibus exquirentibus se in veritate. T.

Dominica ultima mensis augusti lectio prima

Audite filii dilecti et sic facite ut salvi sitis. Deus enim honoravit patrem in filiis et iudicium matris exquirens firmavit in filios. Qui diligit deum exorabit pro peccatis et continebit se ab illis et in oratione dierum exaudietur. Qui timet deum non erunt incredibiles verbo illius et qui diligunt illum conservabunt viam illius. T. Qui timent dominum inquirent que beneplacita sunt illi et qui diligunt eum replebuntur lege ipsius. Qui timent dominum preparabunt corda sua et in conspectu ipsius sanctificabunt animas suas. Qui timent dominum honorant parentes. Qui honorat patrem suum iocundabitur in filiis et in die orationis sue exaudietur. Qui honorat patrem suum vita vivet longiore et qui obedit patri refrigerabit matrem. T. Honora patrem tuum ut superveniat tibi benedictio ab eo et benedictio illius in novissimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum maledictio matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in contumelia patris tui non enim est tibi gloria sed confusio. Gloria enim hominis ex honore patris sui et dedecus filii pater sine honore. Fili suscipe senectutem patris tui et non contristes eum in vita sua et si defecerit sensu veniam da et ne spernas eum in tua virtute. T. Elemosina enim patris non erit in oblivione. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum et in iustitia edificabitur tibi et in die tribulationis commemorabitur tui et sicut in

sereno glacies solventur
peccata tua. Quam male
fame est qui relinquit patre-
m et est maledictus a deo qui exaspe-
rat matrem. Tr. Ini. ebdo.

Fili elemosinam pau-
peris ne fraudes et
oculos tuos ne transvertas
a paupere. Animam esurien-
tem ne despexeris et ne exa-
cerbes pauperem in inopia
sua. Cor inopis ne afflixe-
ris et non protrahas datum an-
gustianti. Ab inope ne
avertas oculos propter iram et
non relinquas querentibus
tibi retro maledicere. Maledicentis
enim tibi in amaritudine ani-
me exaudietur deprecatio illius.
Exaudiet autem eum qui fecit illum.
Congregationi pauperum affa-
bilem te facito et presbitero
humilia animam tuam. Et
magnato humilia caput tuum.
Declina pauperi sine tri-
sticia aurem tuam et redde
illi pacifica in mansuetudine.
Libera eum qui patitur iniuri-
am de manu superbi. In
iudicando esto pupillis
misericors ut pater et pro viro ma-
trii illorum et eris tu velud filius
altissimi obediens et mi-
serebitur tui magis quam mater. Tr.

Sab. prio lx septembr.

Antequam comedam. i. vis. R.

Cum audisset Iob nunciorum
verba sustinuit patienter et ait
Si bona suscepimus de manu
domini mala autem quare non
sustineamus. In omnibus his non
peccavit Iob labiis suis neque
stultum quid contra dominum locutus est.

Dominica prima mensis septembris
in ponitur liber Iob et legitur
septi ysto p duas ebdo.

Vir erat in terra
Hus nomine Iob.
Et erat vir ille simplex
et rectus ac timens deum
et recedens a malo. Nati-
que sunt ei vii. filii et tres
filie. Et fuit possessio eius
vii. milia ovium et iii. milia
camelorum. Quingenta iuga
boum et quingente asine ac fa-
milia multa nimis. Eratque
vir ille magnus inter
omnes orientales. Et ibant
filii eius et faciebant con-
vivium per domos unus-
quisque in die suo. Et

mittentes vocabant
tres sorores ut comede-
rent et biberent cum eis R
Si bona suscepimus de manu
domini mala autem quare non
sustineamus? Dominus dedit dominus ab-
stulit sicut domino placuit ita
factum est sit nomen domini benedictum V
In omnibus his non peccavit
iob labiis suis neque stultum
quid contra deum locutus est. Dominus

Cumque in orbem
transissent dies con-
vivii mittebat ad eos
iob et sanctificabat illos. Con-
surgensque diluculo offe-
rebat holocausta per
singulos. Dicebat enim
ne forte peccaverint filii mei et
benedixerint deo in cordibus
suis. Sic faciebat iob
cunctis diebus. Tu autem R
Antequam comedam suspiro et tan-
quam inundantes aque sic rugitus meus
quia timor quem timebam evenit
michi et quod verebar accidit.
Nonne dissimulavi nonne si-
lui et iam quievi et venit
super me indignatio tua domine V
Nolo multa fortitudine con-
tendat mecum ne magnitudinis
sue mole me premat equitatem
proponat contra me. Nonne. Lectio iiii

Quadam autem die cum
venissent filii dei ut
assisterent coram domino affuit
inter eos etiam sathan. Cui
dixit dominus Unde venis? Qui
respondens ait Circuivi terram
et perambulavi eam. Dixitque
dominus ad eum Numquid conside-
rasti servum meum iob quod non
sit similis ei in terra vir sim-
plex et rectus ac timens deum et re-
cedens a malo. Tu autem R Utinam
appenderentur peccata mea quibus iram
merui Et calamitas quam patior
in statera V Quasi arena maris hec
gravior appareret unde et verba mea do-
lore sunt plena Et calamitas Lectio v

Cui respondens sathan ait
Numquid frustra timet
iob deum? Nonne tu valla-
sti eum ac universamque substantiam ei-
us per circuitum? Operibus manuum
eius benedixisti et possessio eius
crevit in terra. Sed extende pau-
lulum manum tuam et tange
cuncta que possidet nisi in faciem
benedixerit tibi. Tu autem R Quare
detraxistis sermonibus veritatis ad
increpandum verba componitis

i subite interitum amici vri
peruitatem que cogitatis ex
plete ℣ Militia e uita hominis
sup terram et sicut dies mercenarij
dies eius ℟ Venit. D ixit
q° dns ad sathan Ecce
vniuersa q̄ h3 i manu tu
sunt. tm i eu ne extēdas
manū tuā Egressusq3 est
sathan a facie dni. Cum
er qdam die filij et filie
eius comederent et biberent
vinū i domo fris sui p
mogeniti. nuncius venit
ad iob qui dicet Boues
arabant et asine pasce
bant iux eos. et irruerūt
sabey. tuleruntq3 oīa.
mio et pueros occiderunt
et euasi ego solus ut nū
ciarem tibi. Cumq3
adhuc loqueret. ue alter
et dix Ignis dei cecidit
de celo et tactas oues pu
erosq3 consumpsit. et
effugi ego sol9 ut nūci
arem t. Tu ℟ Induta est
caro mea putredine et sordibus
pulueris cutis mea aruit et cō
tracta e Memento mei dne q: uent
e uita mea ℣ Dies mei sicut

vmbr declinauerunt et ego sicut
fenū arui Memento S ed
illo adhuc loquente
venit alius et dix Cal
dei fecerunt tres turmas et
inuaserunt camelos. et
tulerunt eos. nec non et pu
eros percusserunt gladio.
et effugi ego sol9 ut nūc
ciarem tibi Adhuc lo
quebatur ille. et ecce alius
intrauit et dixit Filijs tuis
et filiabus tuis vescentibus
et bibentibus vinū in domo
fris sui primogeniti re
pente ventus vehemens
irruit a regione deserti
et concussit iiij or angulos
domus que corruens
oppressit liberos tuos. et
mortui sunt. et effugi ego
sol9 ut nunciarem t. Tu ℟
Memento mei deus quia uent9
e vita mea. Nec aspiciat me
visus hominis ℣ Cutis mea
aruit et contracta e et nō reuertar
oculus meus ut uideat bō. Nec
℣ Paucitas dierum meorum
finietur breui dimitte me deus ut
plangam paululum dolorem
Antequam vadam et nō reuertar

tenebrosam et opertam mortis ca
ligine V. Ecce nunc in pulvere
dormio et in pulvere sedeo et si
mane me quesieris non subsistam
Antequam R. Ne abscondas me
domine a facie tua. manum tuam a
me longe fac et formido tua et
non me terreat V. Voca me et ego
respondebo tibi aut certe loquar et tu
responde michi Et formido R. Nocte
os meum perforatur doloribus
et qui me comedunt non dormiunt
multitudine earum consumitur
vestimentum meum Comparatus
sum luto et assimilatus sum
faville et cineri V. Custos ho
minum quare me posuisti contrarium
tibi et factus sum michimetipsi gravis
parce michi domine nichil enim sunt
dies mei Comparatus In ii° nocturno

Tunc surrexit Iob
et scidit tunicam
suam et tonso capite cor
ruens in terram adoravit
et dixit. Nudus egressus
sum de utero matris mee
et nudus revertar illuc. Do
minus dedit dominus abstulit sicut
domino placuit ita factum e
sit nomen domini benedictum

In omnibus his non peccavit
Iob labiis suis neque stul
tum aliquid contra dominum locutus
est Tu autem. R. Scio domine quia morti
me tradidisti ubi constituta est
omnis domus viventium Scio enim
quia non ad consumptionem meam
emittis manum tuam et si in pro
fundum inferni demersus fuero Inde
liberabis me V. Si ascendero in
celum tu illic es et si descendero ad
infernum ades Inde Factum est
autem quadam die cum venissent
filii dei ut assisterent coram domino
affuit inter eos etiam sathan cui di
xit dominus ad sathan Unde
venis Qui respondens Cir
cuivi terram et perambulavi
eam Tu autem R. Nonne cognoscit
deus vias meas et cunctos gres
sus meos dinumerat quod si
ambulavi in vanitate aut festi
navit in dolo pes meus appendat
me in statera iusta Et sciet deus inno
centiam meam V. Quis det
ut veniat petitio mea et quod
expecto tribuat michi deus Et sciet
Et dixit dominus ad sathan
Numquid considerasti

seruum meum iob q' nō
sit ei similis in tra · vir
simpx ⁊ rectus ac times
deū ⁊ recedens a malo · ⁊
adhuc retines īnocen
ciā Tu aut cōmouisti ·
me aduersus eū ut affli
gerē eū frustra · Tu aut R. ·
Ad esto dolori meo ī mīni
fatiger ⁊ recidit in luctū cythā
mea Et cantacio mea ī plora
cionem V. Versa est in luctum
cythā mea ⁊ organū meū ī
uocē flencium ⁊ cara Dō iii
mensis septembris sab. ī v.
Nocte os meum R. ad nigt
In omnibus hys non peccauit
iob labys suis nec stultum
aliq' cont' dm̄ locutus ē Lecc.
Cui rñdens sathan
ait pellem p pelle ⁊
cuncta que hr̄ hō dabit
p anima sua Alioquin
mitte manū tuā ⁊ tange
os eius ⁊ carnem ⁊ tunc
uidebis q' in facie bndicet
tibi Dixit ergo dn̄s ad sa ·
than Ecce ī manu tua est
uerūtamen animam
illius serua Tu Egressus

igitur sathā a facie dn̄i
percussit iob ulcere pessimo
a planta pedis usq' ad
uerticem eius Qui testa
saniem radebat sedens in
sterquilinio Tu Dixit
autem illi uxor eius Ad
huc tu permanes ī simp
licitate tua Benedic deo
⁊ morere Qui ait ad il
lam Quasi una de stultis
mulieribus locuta es Si b
ona suscepimus de manu
domini · mala autem quare
nō sustineamus In omnibus
hys nō peccauit iob la
bys suis · Tu Igitur
audientes iii · amici iob
omne malū q' accidisset
ei · uenerunt singuli de
loco suo eliphaz themani
tes ⁊ baldath suites
⁊ sofar naamathites Tu
Condixerant enim ut pariter
uenientes uisitarent eū
⁊ consolarentur · Cumq' le
uassent procul oculos suos
nō cognouerunt eū Et
Et exclamantes plora
uerunt · scissisq' vesti

asperserunt pulverem super
caput suum · et sederunt cum
eo in terra vii · diebus et
vii · noctibus · et nemo e
loquebatur ei verbum · videbant
enim esse dolorem vehemen
tem. ℟. Infra ebdomadam lectio

Post hec aperuit iob
os suum · et maledi
xit diei suo. Et locutus
est. Pereat dies in qua natus
sum · et nox in qua dictum est
conceptus est homo. Dies
ille vertatur in tenebras
et non requirat eum deus
desuper · et non sit in recorda
tione · nec illustretur · lumine.
Obscurent eum tenebre et
umbra mortis occupet eum
caligo · et involvatur amari
tudine. Noctem illam
tenebrosus turbo possideat
ut non computetur in diebus
anni · nec numeretur in mensibus.
Sit nox illa solitaria
nec laude digna · male
dicant ei qui maledicunt
diei · qui parati sunt suscitare
leviathan. Obtene
brentur stelle caligine

eius · expectet lucem et non
videat · nec ortum surgentis
aurore. Quia non con
clusit hostia ventris qui
portavit me · nec abstulit
mala ab oculis meis. Quare
non in vulva mortuus sum
et egressus ex utero non statim
perii. Quare exceptus ge
nibus. Cur lactatus ube
ribus. Nunc enim silerem
et somno meo quiescerem.
Aut sicut abortivum ab
sconditum non subsisterem
vel qui concepti non vi
derunt lucem. ℟. Dominica iii
mensis septembris incipitur liber thobie.
Legitur vero per unam ebdomadam. ℟.
Omni tempore ad noct. an. Ne
reminiscaris domine delicta mea vel
parentum meorum neque vindictam su
mas de peccatis meis. Lectio prima

Tobias ex tribu et ci
vitate neptalim
que est in superioribus
galilee supra naason post
viam que ducit ad oc
cidentem · in sinistro habens
civitatem sephet. Cum
captus esset in diebus

salmanasar regis assiriorum
in captivitate cum positus
esset viam veritatis non deseruit
ita ut omnia que habere poterat
cotidie concaptivis fratribus
qui erant ex genere eius im-
pertiret. Cumque esset iunior
omnibus in tribu nepthalim ni-
chil puerile gessit in opere. R.
Peto domine ut de vinculo impro-
perii huius absolvas me aut certe desuper
terram eripias me. Ne reminisca-
ris domine delicta mea vel parentum
meorum neque vindictam sumas de
peccatis meis quia eruis sustinen-
tes te domine. V. Omnia enim iudi-
cia tua iusta sunt et omnes vie
tue misericordia et veritas et nunc domine
memento mei. Ne reminiscaris.

Denique cum irent omnes
ad vitulos aureos
quos fecerat ieroboam
rex israel. hic solus fugie-
bat consortia omnium et per-
gebat ad ierusalem ad templum
domini. Ibi adorabat dominum
deum israel. Omnia primitiva
sua et decimas fideliter of-
ferens. ita ut in tercio anno
proselitis et advenis ad-
ministraret omnem decima-
tionem. Hec et his similia
secundum legem dei puerulus
observabat. Cum vero
factus esset vir accepit u-
xorem annam de tribu
sua. Genuitque ex ea fi-
lium nomen suum imponens ei.
quem ab infancia timere deum
docuit et abstinere ab omni
peccato. R. Omni tempore
benedic deum et pete ab eo ut vias
tuas dirigat et omni tempore
consilia tua in ipso permaneant.
Inquire ut facias que placita
sunt illi in veritate et virtute tua. In
Igitur cum per captivita-
tem devenisset cum uxore
sua et filio in civitatem
nineven cum omni tribu
sua. et omnes ederent ex
cibis gentilium iste custo-
divit animam suam et
numquam contaminatus est in
escis eorum. Et quia memor
fuit domini in toto corde suo
dedit illi deus gratiam in
conspectu salmanasar
regis. et dedit ei potestatem
quocumque vellet ire. habens

bitate: quecumque volueris.

℟. Memor esto fili quoniam pauperem quidem vitam gerimus. Habebis multa bona si timueris deum. ℣. In mente habeto eum et caue ne quando pretermittas precepta eius.

Pergebat igitur Tobias qui erat in captiuitate sollicitus dabat eis. Cum autem venisset in captiuitate in medie cum his quibus honoratus fuit a rege posuisset x talenta argenti: et cum multa turba generis sui gabelum egentem videret qui erat de tribu eius sub cirographo dedit illi memoratum pondus argenti. Lc. ℟. Sufficiebat nobis paupertas nostra ut diuitie computaretur. Nunquam fuisset pecunia ista pro qua misisti filium nostrum. Baculum senectutis mee. ℣. Heu me fili mi ut quid te misimus peregrinari lumen oculorum nostrorum. Baculum.

Post multum vero temporis mortuo salmanasar rege cum regnaret sennacherib filius eius pro eo et filios israel exosos haberet in conspectu suo: tobias pergebat ad omnem cognationem suam et consolabatur eos. Diuidebatque unicuique prout poterat de facultatibus suis. Esurientes alebat: nudisque vestimenta prebebat et mortuis atque occisis sepulturam sollicitus exhibebat. ℟. Benedicite deum celi et coram omnibus viuentibus confitemini ei. Quia fecit nobiscum misericordiam suam. ℣. Ipsum benedicite et cantate illi et enarrate omnia mirabilia eius. Quia.

Denique cum reuersus esset rex sennacherib fugiens a iudea plagam quam circa eum deus fecerat propter blasphemiam suam et iratus multos occideret ex filiis israel: thobias sepeliebat corpora eorum. Lc. ℟. Tempus est ut reuertar ad deum qui me misit: vos autem benedicite deum et enarrate omnia mirabilia eius. ℣. Confitemini ei coram omnibus viuentibus quia fecit

iudicium meum sicut lumen. Tercia.

Ista R. que sequitur cantatur de iudith per ebdomadam defectu ystorie. R.

Nos alium deum nescimus preter dominum in quo speramus. Qui non despicit nos, nec amovet salutem suam a genere nostro. V. Indulgentiam eius fusis lacrimis postulemus, et humiliemus illi animas nostras. Qui. R. Domine deus qui conteris bella ab initio, eleva brachium tuum super gentes que cogitant servis tuis mala. Et dextera tua glorificetur in nobis. V. Erige domine brachium tuum et allide virtutem eorum. Et dextera. Gloria. R. Laudate dominum deum nostrum qui non deseruit sperantes in se. Et in me ancilla sua adimplevit misericordiam suam quam promisit domui israel. V. Laudate dominum omnes gentes et collaudate eum omnes populi. Et in me. Feria ii. Lectio.

Contigit ut quadam die thobias fatigatus a sepultura veniens domum iactasset se iuxta parietem et obdormisset, et ex nido irundinum dependentia stercora calida insiderent super oculos eius, fieretque cecus. Hanc autem temptacionem ideo permisit dominus evenire illi, ut posteris daretur exemplum paciencie eius, sicut et sancti iob.

Nam cum ab infancia sua semper deum timuerit, et mandata eius custodierit, non est contristatus contra deum quod plaga cecitatis evenerit ei, sed immobilis in dei timore permansit, agens gratias deo omnibus diebus vite sue. Sicut enim sancto iob insultabant reges, ita isti parentes eius irridebant vitam eius dicentes: Ubi est spes tua pro qua elemosinas et sepulturas faciebas? Thobias vero increpabat eos dicens: Nolite fratres ita loqui, quoniam filii sanctorum sumus, et vitam illam expectamus, quam deus daturus est hiis qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Anna vero uxor eius ibat ad textrinum opus cotidie, et de labore manuum suarum victum quem consequi poterat deferebat. Unde factum est ut recipiens hedum caprarum detulisset domum. Cuius cum vocem balantis vir eius cum

audiuit aut videre ut
furtiuus sit reddite eum
dnis suis · quia non
licet nobis rem ex furto
aut aliquid contingere

Dnica iiij · mensis septembris i
ponit lib iudith · i leg p
totam ebdom · Tribulaciones
ciu sed nocte ant Adonay dne
deus magne i mirabilis qui
dedisti salutem i manu femine
exaudi preces seruorum tuorum lc i

Arphaxat itaque rex
medorum subiugaue
rat multas gentes im
perio suo · i ipse edificauit
ciuitatem potentissimam
quam appellauit egbathanis
ex lapidibus quadratis
i sectis · fecit muros eius
i latitudinem cubitorum
lxx · i altitudine cubito
rum xxx · Turres vero eius
posuit i altitudinem cubi
torum centum · per quadrum vero
earum latus utrumque
vicenorum pedum spatio tende
batur · Posuit portas
eius i altitudinem cubitorum
i gloriabatur quasi potens in
potencia exercitus sui · i in
gloria sua · Tu R. Adonay dne
deus magne i mirabilis qui dedisti
salutem i manu femine Exaudi p
preces seruorum tuorum V. Benedictus es
dne qui non derelinquis presumentes
de te i de sua uirtute gloriantes humilias

Anno igitur xij° regni sui
Nabuchodonosor rex
assiriorum qui regnabat in
niniue ciuitate magna
pugnauit contra arphaxat i
obtinuit eum in campo
qui appellatur ragau circa
eufraten i tigrim i iasa
saphen i campo erioth re
gis heliquorum Tu aut · R.
Tribulaciones ciuitatum audiui
mus quas passe sunt i defecimus timor i
hebitudo mentis cecidit super nos
i super filios nostros ipsi montes
nolunt recipere fugam nostram
Dne miserere V. Peccauimus cum pa
tribus nostris i iuste egimus iniquitatem fecimus Dne

Tunc exaltatum est
regnum nabuchodo
nosor i cor eius eleuatum
est i misit ad eos qui habitabant
i cilicia i damasco i liba
no i ad gentes que sunt i

carmelo et cedar et civitates
galilee et in campo mage-
ddon et ad omnes qui
erant in samaria et trans flu-
men iordanem usque ad ie-
rusalem et ad omnem terram ies-
se quousque perveniret ad mon-
tes ethiopie. Tu autem. R.
Benedixit te dominus in virtute sua qui
per te ad nichilum redegit inimicos
nostros. Ut non deficiat laus tua
de ore hominum. V. Benedictus dominus qui fecit
celum et terram quia hodie nomen
tuum ita magnificavit. Ut non. l. iiii
Ad hos omnes misit
nuntios nabuchodo-
nosor rex assiriorum. Qui
omnes uno animo contradixerunt
et remiserunt eos vacuos ac
sine honore abiecerunt. Tunc in-
dignatus est nabuchodonosor
rex adversus omnem terram illam iuravit
olofernem principem militie
sue ut defenderet sibi uni-
versas. Cum principes populi
regiones has destruerent uni-
niones eas et unicos sumerent
ut venientes sanctuarium obsid-
erent iherusalem. Tu. R. Recordare mi
domine omnipotentium dominus da ser-
monem rectum in os meum

ut placeant verba mea in conspectu
principis et converte cor eius in odium
repugnantium nobis et in eos qui con-
sentiunt. Nos autem libera in manu
tua deus noster et in eternum. V. Cadat ter-
ror in iracundia tua qui pro-
mittunt se violare sancta tua. In
Iudith vidua quieta erat
in civitate ierusalem timens
dominum. Que assumpsit et
ancillam suam et exivit
nocte de civitate. sicut e-
rat cum descenderet montem
circa ortum diei occurrerunt
ei exploratores assyriorum
et tenuerunt illam dicentes
Unde venis aut quo vadis
Que respondit filia hebreorum
ego sum. ideo ego fugi
a facie eorum qui futurum
agnovi quod dabit vos in
depredationem pro eo quod contemp-
nentes vos noluerunt ultro
tradere se ipsos ut invenirent
misericordiam in conspectu vestro. R.
Dominator domine celorum et terre
creator aquarum rex universe creature
Exaudi orationem servorum tuorum. V.
Tu domine cui humilium semper et
mansuetorum placuit deprecatio
Et factum est cum iii die

holofernes fecisset dedit uniuersa que sua sunt. Dixitque ad uagao eunuchum. Vade et suade iudith ebream ut sponte consentiat habitare mecum. Tunc intrauit uagao ad iudith et dixit. Non uereatur bona puella introire ad dominum meum ut honorificetur ante faciem eius et manducet cum eo et bibat uinum cum iocunditate. Cui respondit iudith. Que ego sum ut contradicam domino meo. Omne quod placitum erit domino meo bonum et optimum erit omnibus diebus uite mee. Tu. R.

Vos qui in turribus estis aspicite portas custodite quia dominus omnipotens fecit in uirtute. Et uirginem dedit hominibus in uirtute. V. Sanctitate dominum deum nostrum qui non deserit sperantes in se in uirtute. R. Domine rex omnipotens in dicione tua cuncta sunt posita et non est qui possit resistere uoluntati tue libera nos propter nomen tuum. V. Exaudi domine deprecationem nostram conuerte luctum nostrum in gaudium. Propter nomen. R.

Conforta me rex sanctorum principatum tenens. Et da sermonem rectum et bene sonantem in os meum. V. Domine noli domine locum penitentie et ne claudas ora canentium te domine. Et da. R. Spem in alium nunquam habui preter te deus israel qui irasceris et propicius eris. Et omnia peccata hominum in tribulatione dimittis. V. Domine deus celi et terre respice ad humilitatem nostram. Et. R. Memento mei deus in bono et ne deleas miserationes meas quas feci in domo dei mei et in ceremoniis eius. V. Memento mihi tu serua mea quia michi spem dedisti. Et. R.

Et surgens iudith induit se uestimento suo insignia et erat ante faciem eius. Cor autem holofernis concussum est. Erat enim ardens in concupiscentia eius. Et ait ad eam holofernes. Bibe nunc et accumbe in iocunditate quoniam gratiam inuenisti coram me. Et dixit iudith. Bibam domine quoniam magnificata est anima mea hodie pre omnibus diebus uite mee. Et accepit et manducauit coram eo que parauerat ancilla eius

Holofernus vero iocundus
factus est ad eam bibitque
vinum multum nimis quantum nunquam
biberat in vita sua. Ut autem
sero factum esset conclusit va-
gao hostium cubiculi et abi-
itque. Iudith sola in cubi-
culo. Porro holofernus
iacebat in lecto nimia ebri-
etate sopitus. Stetitque
iudith ante lectum in oratione
sua. accessit ad columpnam
et pugionem eius qui in ea
pendebat exsolvit. Cum autem
evaginasset illum apprehen-
dit comam capitis eius et
ait. Conforta me domine deus
in hac hora. et percussit bis
in cervicem eius. et abscidit
caput eius. Et post pusil-
lum exivit et tradidit caput
holofernis ancille sue per-
ferendum in civitatem suam
bethuliam. Tu autem. Dominica ultima
mensis septembris in primis vesperis legitur hester
et non dicitur si mensis iste vel septembris
habuit v dominicas tunc ystoria in prima
ipsa v dominica et si non tunc suppleri
debet dominica que legitur de iudith. R.

Spem in alium. Ad magnificat antiphona
Domine rex omnipotens in dicione
tua cuncta sunt posita et non
est qui possit resistere tue voluntati.

In diebus assueri regis
qui regnavit ab india usque
ethiopiam super centum
xx et vii provincias quando
sedit in solio regni sui.
Susa civitas regni eius
exordium eius fuit. Tercio
igitur anno imperii sui fecit
grande convivium cunctis
principibus et pueris suis et
fortissimis persarum et me-
dorum inclitis et prefectis pro-
vinciarum coram se ut osten-
deret divicias glorie regni
sui ac magnitudinem
atque iactanciam potencie
sue multo tempore centum videlicet et
lxxx diebus. Tu autem. Cumque
implerentur dies convivii
invitavit omnem populum qui
inventus est susis a ma-
ximo usque ad minimum et
vii diebus iussit convivium
fieri in vestibulo orti et
nemoris quod regio cultu

manu consitum erat & pendebant ex omni parte tentoria aerei coloris & carpasini sustentata funibus byssinis atque purpureis qui eburneis circulis inserti erant et columpnis marmoreis fulciebantur. Lectuli aurei et argentei super pauimentum smaragdino & pario stratum lapide dispositi erant quod mira uarietate pictura decorabat. Bibebant autem qui inuitati erant aureis poculis & aliis atque aliis uasis cibi inferebantur. Vinumque ut magnificencia regia dignum erat habundans & precipuum erat. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendum sed sic rex statuerat preponens mensis singulos de principibus suis ut sumeret unusquisque quod uellet. Vasti quoque regina fecit conuiuium feminarum in palacio ubi rex asuerus manere consueuerat. Itaque die vii cum rex esset hylarior & post nimiam potacionem incaluisset mero. precepit vii eunuchis qui in conspectu eius ministrabant ut introducerent reginam uasti coram rege posito super caput eius dyademate ut ostenderet cunctis principibus pulcritudinem eius. Erat enim pulchra ualde. Que renuit et ad imperium regis quod per eunuchos rex mandauerat uenire contempsit. Vnde iratus est rex & nimio furore succensus interrogauit sapientes qui ex more regio semper ei aderant. & eorum faciebat consilia. scientium leges ac iura maiorum. Erant autem primi & proximi vii. duces persarum atque medorum qui uidebant faciem regis. & primi post eum residere soliti erant. Cui sentencie uasti regina subiaceret

que assueri regis imperium
quod per eunuchos facere
mandauerat contempsisset.
Respondit mamuchan au-
diente rege atque principibus.
Non solum regem offendit
regina vasthi sed omnes
principes et populos qui sunt
in cunctis prouinciis regis
assueri. Egredietur enim
sermo regine ad omnes
mulieres ut contempnant
viros suos et dicant. Rex
assuerus iussit ut regina
vasthi intraret ad eum et illa
noluit atque hoc exemplo
omnes principum coniuges
persarum atque medorum paruipen-
dent imperia maritorum. Vn-
de regis est iusta indignacio.
Si tibi placet egrediatur
edictum a facie tua et
scribatur iuxta legem persarum
atque medorum quam preteriri
illicitum est ut nequaquam vasthi
ingrediatur ad regem sed
regnum illius altera que melior
illa est accipiat. Et hoc in omne
quod latissimum est prouinciarum
tuarum diuulgetur imperium et
ut cuncte uxores tam
maiorum quam minorum
honorem deferant ma-
ritis suis. Ius ec dom

Placuit consilium eius
regi et cunctis principibus
fecitque rex iuxta con-
silium mamuchan et mi-
sit epistolas ad uniuersas pro-
uincias regni sui ut
quecumque gens audire et le-
gere poterat diuersis
linguis et litteris esse viros
principes ac maiores in do-
mibus suis et hoc per cunctos
populos suos diuulgari.
His itaque gestis post-
quam regis assueri deferbu-
erat indignacio recorda-
ta est vasthi et que fecis-
set et que passa fuisset.
Dixeruntque pueri regis
ac ministri eius. Que-
rantur regi puelle virgines
ac speciose et mittantur
qui considerent per uniuer-
sas prouincias puellas
speciosas et virgines et
adducant eas ad ciui-
tatem susan et tradant

domum feminarum sub manu egei eunuchi qui est prepositus et custos mulierum regiarum et accipiant mundum muliebrem et adiciant uictum et cetera ad usus necessaria. Et quecumque inter omnes oculis regis placuerit ipsa regnet pro uasthi. Placuit sermo regi et ita ut suggesserant iussit fieri. Erat uir iudeus in susis ciuitate nomine mardocheus filius iair filii semei filii cis de stirpe iemini qui translatus fuerat de ierusalem eo tempore quo iechoniam regem iuda nabuchodonosor rex babilonis transtulerat qui fuit nutritius filie fratris sui edisse que altero nomine hester uocabatur. Et utrumque parentem amiserat pulchra nimis et decora facie. Mortuisque patre eius ac matre mardocheus eam sibi adoptauit in filiam. Cumque percrebruisset regis imperium et iuxta mandatum illius multe pulchre uirgines adducerentur susam

ciuitatem regiam agebatur eunucho. Hester autem gratiosa et digna erat ei ut fieret in uniuersis feminis. Cumque uenisset tempus singularum per ordinem puellarum ut intrarent ad regem quidquid postulassent ad ornatum pertinens accipiebant. Instante itaque die quo hester intrare debebat ad regem ducta est itaque ad cubiculum regis. Et amauit eam rex plus quam omnes mulieres et posuit diadema regni in capite eius. Fecitque eam regnare in loco uasthi. Tu autem.

Sabbato prima post kalendas octobris in uesperis R.

Tua est potentia. Si in alio dicatur alleluia in R. per ordinem dicatur. Et cetera sequuntur. Antiphona ad magnificat omni sabbato usque ad sabbatum exclusive. Vidi dominum.

Ant. Adaperiat dominus cor uestrum in lege sua et in preceptis suis et faciat pacem in diebus nostris. Ant.

Libera nos deus in mirabilibus tuis et da gloriam nomini tuo. Ant.

Extende domine brachium tuum et libera animas nostras ne pereant. Ant. Da domine in diebus nostris [pacem] quia non est alius qui

pugnet pro nobis nisi tu deus noster. Añ. Tu domine universorum qui nullam habes indigenciam voluisti templum tuum fieri in nobis: custodi domum istam immaculatam in eternum domine. Lectio prima.

Et factum est postquam percussit alexander philippi rex macedo qui primus regnavit in grecia egressus de terra cethim darium regem persarum et medorum constituit prelia multa et omnium obtinuit municiones et interfecit reges terre et pertransiit usque ad fines terre et accepit spolia multitudinis gentium et siluit terra in conspectu eius. R. Adaperiat dominus cor vestrum in lege sua et in preceptis suis et faciat pacem in diebus nostris. Concedat vobis salutem et redimat vos a malis. V. Exaudiat dominus orationes vestras et reconcilietur vobis nec vos deserat in tempore malo. Conce.

Et congregavit virtutem fortem nimis et exaltatum est et elevatum cor eius et obtinuit regiones gentium et tyrannos et facti sunt illi in tributum. Et post hec decidit in lectum et cognovit quia moreretur et vocavit pueros suos nobiles qui secum erant nutriti a iuventute sua et divisit illis regnum suum cum adhuc viveret. T. R. Exaudiat dominus orationes vestras et reconcilietur vobis et non vos deserat in tempore malo. Dominus deus noster. V. Adaperiat dominus cor vestrum in lege sua et in preceptis suis et faciat pacem. Dominus.

Et regnavit alexander annis xii et mortuus est. Et obtinuerunt pueri eius regnum unusquisque in loco suo et imposuerunt sibi omnes diademata post mortem eius et filii eorum post eos annis multis et multiplicata sunt mala in terra. Et exiit ex eis radix peccati antiochus illustris filius antiochi regis qui fuerat obses rome et regnavit in anno centesimo xxx-

et virtus regni glorie. Tu. ℟
Tua est potencia tuum regnum
domine tu es super omnes gentes
Da pacem domine in diebus nostris ℣
Creator omnium deus terribilis
et fortis iustus et misericors. Da.

In diebus illis exierunt
ex israel filii iniqui et sua
serunt multis dicentes
Eamus et disponamus
testamentum cum gentibus
que circa nos sunt quia
ex quo recessimus ab eis
invenerunt nos multa ma
la. Et bonus visus est
sermo in oculis eorum. Et de
stinaverunt aliqui de populo
et abierunt ad regem et
dedit eis potestatem ut face
rent iusticias gentium ℟
Refulsit sol in clypeos aureos
et resplenduerunt montes ab
eis et fortitudo gentium dissi
pata est ℣ Erat enim exercitus
magnus et fortis et appropinquavit Iu
das et exercitus eius ad prelium. Et

Et edificaverunt
gymnasium in Ie
rosolimis secundum leges
nacionum et fecerunt sibi
prepucia et recesserunt a testa
mento sancto et iuncti sunt na
cionibus et venundati sunt ut
facerent malum. Et paratum est
regnum in conspectu Antiocho
et cepit regnare in terra
Egypti ut regnaret super
duo regna. ℟ Impetum
inimicorum ne timueritis memores
estote quomodo salvi facti sunt patres
nostri. Et nunc clamemus in celum et
miserebitur nostri deus noster ℣ Memen
tote mirabilium eius que fecit in
Pharaonem et exercitum eius in mari
rubro. Et nunc.

Et intravit in
Egyptum in multitudine
gravi in curribus et elephantibus
et equitibus et copiosa na
vium multitudine. Et con
stituit bellum adversus
Ptholomeum regem Egypti.
Et veritus est Ptholomeus
a facie eius et fugit. Et ce
ciderunt vulnerati multi et
comprehendit civitates
munitas in terra Egypti et
accepit spolia terre Egypti.
Ornaverunt faciem templi coro
nis aureis et dedicaverunt altare
domino et facta est leticia magna

impplo. V. In ympnis et confessi
onibus benedicebant dominum Israel R.
In ympnis et confessionibus be
nedicebant dominum Qui magna fecit
in israel et victoriam dedit domino omnipo
tens inimicis nostris. V. Ornaverunt
faciem templi coronis aureis
et dedicaverunt altare domino. Qui
Congregati sunt inimici nostri et
gloriantur in virtute sua contere fortitu
dinem illorum domine et disperge illos.
Ut cognoscant quia non est alius qui
pugnet pro nobis nisi tu deus noster. V.
Disperge illos in virtute tua et de
strue eos protector noster domine. Ut. R.
Dixit iudas symoni fratri suo
elige tibi viros et vade libera
fratres tuos in galyleam ego autem
et ionathas frater tuus ibimus in ga
ladithym. Sicut fuit voluntas
in celo sic fiat. V. Accingimini
estote viri fortes quia melius
est nos mori in bello quam videre
mala gentis nostre et sanctorum. Sic.

Et convertit antiochus
postquam percussit egip
tum in centesimo et quadragesimo tertio anno
et ascendit ad israel et ascendit
ierusalem in multitudine
gravi Lectio R. Hic est fratrum a
mator et populi israel hic est qui multum
orat pro populo et universa sancta civitate
V. Vir iste in populo suo mitissimus
apparuit hic est.

Et intravit
in sanctificationem cum superbia
et accepit altare aureum
et candelabrum luminis et
universa vasa eius et mensam
propositionis et libatoria
et phialas et mortariola
aurea et velum et coronas
et ornamentum aureum quod
erat in facie templi et commi
nuit ea omnia Tu autem. R.
Congregate sunt gentes in multi
tudine ut dimicent contra nos et ig
noramus quid agere debeamus Domine
deus aperi oculos nostros ne pereamus. V.
Aspice domine et vide afflic
tionem nostram. Domine. Lectio iii.

Et accepit argentum
et aurum et vasa concu
piscibilia et accepit thesau
ros occultos quos invenit et
sublatis omnibus abiit in terram
suam et fecit cedem hominum

gloriatus est in superbia sua. Tu. R. Aperi oculos tuos et vide afflictionem nostram circumdederunt nos gentes ad puniendum nos. Sed tu extende brachium tuum et libera animas nostras. V. Congregate sunt gentes in multitudine ut pugnent contra nos. Sed. Dominica ii mensis oc[tobris]

In diebus illis. Surrexit Mathathias filius Iohannis filii Simeonis sacerdos ex filiis Ioarim ab Ierusalem et consedit in monte Modin. Et habebat filios quinque, Iohannem qui cognominabatur Gaddis, Thasi et Iudam qui cognominabatur Machabeus, et Eleazarum qui cognominabatur Abaron, et Ionathan qui cognominabatur Affus. Tu.

Et dixit Mathathias: Ve michi ut quid natus sum videre contritionem populi mei et contritionem civitatis sancte et sedere illic cum datur in manibus inimicorum. Sancta in manu extraneorum facta sunt. Templum eius sicut homo ignobilis. Vasa glorie eius captiva abducta sunt. Trucidati sunt senes eius in plateis et iuvenes eius ceciderunt in gladio inimicorum. Que gens non hereditavit regnum eius et non obtinuit spolia eius. Omnis compositio eius ablata est. Que erat libera facta est ancilla. Tu.

Et ecce sancta nostra et pulchritudo nostra et claritas nostra desolata est et coinquinaverunt eam gentes. Quid ergo adhuc nobis vivere. Et scidit Mathathias et filii eius vestimenta sua et operuerunt se ciliciis et planxerunt valde. Et venerunt illuc qui missi erant a rege Antiocho ut cogerent eos qui confugerant in civitatem Modin immolare et accendere thura et a lege Dei discedere. Et multi de populo Israel consentientes accesserunt ad eos.

Sed Mathathias et filii eius constanter steterunt. Et respondentes qui missi fuerant ab Antiocho dixerunt Mathathie: Princeps clarissimus et magnus es in hac civitate et ornatus filiis

filii. Ergo accede prior
et fac iussum regis sicut
fecerunt omnes gentes et viri
Iuda et qui remanserunt in
Ierusalem et eris tu et filii tui in-
ter amicos regis et amplifica-
tus auro et argento et
muneribus multis. Et respondit
Mathathias et dixit magna
voce: Etsi omnes gen-
tes regi Antiocho obedi-
unt ut discedat unusquisque
a servitute legis patrum suorum
et consentiant mandatis eius,
ego et filii mei et fratres mei obe-
diemus legi patrum nostrorum.
Propitius sit nobis Deus. Non
est nobis utile relinquere legem
et iustitias Dei. Non audiemus
verba regis Antiochi nec
sacrificabimus transgredientes
legis nostre mandata ut ea-
mus altera via. Et ut ces-
savit loqui verba hec, ac-
cessit quidam Iudeus in ocu-
lis omnium sacrificare ydolis super
aram in civitate Modin
secundum iussum regis. Et vidit Ma-
thathias et doluit et contre-
muerunt renes eius et accensus
est furor eius secundum iudicium
legis et insiliens trucidavit
eum super aram. Sed et
virum quem miserat rex
Antiochus qui cogebat
ymmolare occidit in
ipso tempore et aram destruxit
et zelatus est legem sicut
fecit Finees Zamberi
filio Salomis. Jnc. ch[o]

Et exclamavit
Mathathias
voce magna in civitate
dicens: Omnis qui ze-
lum habet legis statuens
testamentum exeat post
me. Et fugit ipse et filii
eius in montes et relin-
querunt quecumque
habebant in civitate. Tunc
descenderunt multi querentes
iudicium et iustitiam
in desertum ut sederent
ibi ipsi et filii eorum et
mulieres eorum et pecora
eorum quoniam induraverunt su-
per eos mala. Et renun-
tiatum est viris regis
et exercitui qui erat in Ierusalem
civitate David quia disces-
sissent viri quidam qui
dissipaverunt mandatum
regis in loca occulta
in deserto et abiissent post

illos multi. Et statim
pervenerunt et constituerunt
prelium adversus eos
in die sabbatorum et dixe-
runt ad eos: Resistitis
et nunc adhuc? Exite et
facite secundum verbum reg-
is viventis. Et comiserunt
adversus eos prelium.
Tunc congregata est
ad mathathiam et filios
eius synagoga iudeorum
fortes viribus. Et con-
facti sunt illis ad firmamen-
tum. Et percusserunt viros
iniquos in ira sua et
destruxerunt aras et cir-
cumciderunt pueros incircum-
cisos quotquot invenerunt in fi-
nibus israel et prosperatum est
opus in manibus eorum.

Dominica ii mensis octobris R

d ii mensis octobris

Et appropinquaverunt
dies mathathie
moriendi et dixit filiis
suis: Nunc confortata
est superbia et castigatio
et tempus eversionis et ira in-
dignationis. Nunc ergo
o filii emulatores estote
legis et date animas vestras
pro testamento patrum. Tu.

Mementote operum patrum
vestrorum que fecerunt in generationibus
suis et accipietis gloriam
magnam et nomen eternum. Et
ita cogitate per generationes
singulas quia omnes qui
sperant in eum non infirmantur. Tu.

A verbis viri peccatoris
non timueritis quia gloria eius
stercus et vermis est. Hodie ex-
tollitur et cras non invenietur
quia conversus est in terram
suam et cogitatio eius peribit. Tu.

Et ecce simeon frater
vester scio quod vir consilii est ip-
sum audite. Iudas non quod vir
fortis est sit dux et pugnet
bellum vestrum. Tu.

Et de-
functus est mathathias
centesimo et xl. vi. anno et
sepultus est a filiis suis in
sepulchris patrum suorum in
modin et planxerunt eum israel
planctu magno. Tu.

Et sur-
rexit iudas qui vocabatur
machabeus filius eius pro eo.
Et adiuvabant eum omnes
fratres eius et universi qui se con-
iunxerant patri eius et preliaba-
ntur prelium israel cum letitia
et dilataverunt gloriam populo
suo. Tu.

Dominica iii mensis octobris

Fratribus qui sunt per Egyptum iudeis salutem dicunt fratres qui sunt in Ierusolimis iudei et qui in regione iudee et pacem bonam. Benefaciat vobis deus et meminerit testamenti sui quod ad Abraham et Ysaac et Iacob locutus est servorum suorum fidelium. Et det vobis cor omnibus ut colatis eum et faciatis eius voluntatem corde magno et animo volenti. Adaperiat cor vestrum in lege sua et in preceptis suis et faciat pacem. Exaudiat orationes vestras et reconcilietur vobis nec vos deserat in tempore malo.

Et nunc hic sumus orantes pro vobis. Regnante Demetrio anno centesimo sexagesimo nono nos iudei scripsimus vobis in tribulatione et impetu qui supervenit nobis in istis annis ex quo recessit Iason a sancta terra et a regno.

Portam succenderunt et effuderunt sanguinem innocentem. Et oravimus ad dominum et exauditi sumus et obtulimus sacrificium et similaginem et accendimus lucernas et proposuimus panes. Et nunc frequentate dies scenophegie mensis Casleu. Anno centesimo octogesimo octavo.

Populus qui est Ierosolimis et in Iudea senatusque et Iudas Aristobolo magistro Ptholomei regis qui est de genere christorum sacerdotum et his qui in Egypto sunt iudeis salutem et sanitatem.

De magnis periculis a deo liberati magnifice gratias ipsi agimus utpote qui adversus talem regem dimicavimus. Ipse enim ebullire fecit eos de Perside qui pugnaverunt contra nos et sanctam civitatem. Nam cum in Perside esset dux ipse et cum ipso immensus exercitus cecidit in templo Nanee consilio deceptus sacerdotum Nanee. Etenim cum ea habitaturus venit ad locum Antiochus et amici eius ut acciperet pecunias multas dotis nomine.

Cumque proposuissent eas

sacerdotum iniurie · et tempore autem
pueris ignibus esset intra
ambitum parietum · clau
serunt templi cum ingrede
rentur antiochus · aptoque oraculo
aditum templi invenientes
lapides posuerunt donec et
qui cum eo erant · induxerunt
incendium · in capitibus
ampullis suis foris proie
cerent. Tu autem. Infra octavam dedicationis lectio

Facturi igitur · v · xxv ·
die mensis casleu in
purificationem templi ne
cessarium duximus significare
vobis ut et vos ex
agatis diem scenophegie
et diem ignis qui datus est quando
neemias edificato templo
et altari obtulit sacrificia.
Nam cum in persidem ducerentur
patres nostri · sacerdotes qui tunc
dei cultores erant accepto
igne de altari occulte ab
sconderunt in valle ubi e
rat puteus altus · et siccus · et in
eo contutati sunt eum · ita ut
omnibus ignotus esset locus · et
Cum autem preterissent anni
multi et placuit deo ut mit
teretur neemias a rege
persidis nepotes sacerdotum
illorum qui absconderant mise
runt ad requirendum ignem et
sicut narraverunt nobis non
invenerunt ignem sed aquam crassam.
Et iussit eos haurire et
afferre et sacrificia que
imposita erant iussit sacerdos
neemias aspergi aqua ipsa
et ligna que erant sup
posita. atque ut hoc factum est et
tempus affuit quo sol re
fulsit qui prius erat in nubi
lo accensus est ignis ma
gnus ita ut omnes mira
rentur. Tu autem. Dominica ultima · lectio i

Iudas vero machabeus et
qui cum illo erant intro
ibant latenter in castella et
convocantes cognatos et
amicos et eos qui perman
serunt in iudaismo assu
mentes eduxerunt · ad sex
milia viros et invo
cabant dominum ut respiceret
in plebem que ab omnibus con
culcabatur et misereretur templo

que contaminabatur ab impiis misereretur et exterminio civitatis que esset illico complananda intueri et sanguinis ad se clamantis voci audiret. Memoraretur quoque iniquissimas blasphemias et mortes parvulorum innocentum nomini suo illatas et indignaretur super his. Et Machabeus congregata multitudine intollerabilis gentibus efficiebatur. Ira enim domini in misericordiam conversa est. Et superveniens castella et civitates improvisus succendebat eas et oportuna loca occupans non paucas hostium strages dabat maxime noctibus ad huiusmodi excursus ferebatur et fama virtutis eius ubique diffundebatur. Videns autem Philippus paulatim virum ad profectum venire ac frequentius res ei prospere cedere ad Ptolomeum ducem Celesirie et Phenicis scripsit ut auxilium ferret regis negotiis. At ille velociter misit Nichanorem Patrocli de primis amicis dato ei de permixtis gentibus armatis non minus viginti milibus ut universum Iudeorum genus deleret adiuncto ei et Gorgia viro militari et in bellicis rebus expertissimo. Constituit autem Nicanor ut regi tributum quod Romanis erat dandum duo milia talentorum de captivitate Iudeorum suppleret. Statimque ad maritimas civitates misit convocans ad coemptionem Iudaicorum mancipiorum promittens se nonaginta mancipia talento distrahere non respiciens ad vindictam que eum ab omnipotente esset consecutura. Iudas autem ubi comperit indicavit his qui secum erant Iudeis Nicanoris adventum ex quibus quidam formidantes et non credentes Dei iustitie in fugam vertebantur. Alii vero si quid eis superfuerat

uenie(ba)nt similiter de
iuri deprauati ut eos
eiceret ab impio uirga
uoce qui eos puiser
i omnium uenirent ue
diceret eis uos ipse eos
ex ipse testamentum q
erunt ad pedes eorum i p
inuocacionem sancti iu
gnisia nominis eius
sicut ipsius. Lc. Quon
iam aut machabe
us · iudibus qui cum eo
erant rogabat ne uo
lebus reconciliarentur
uero iniuriunt uniqz
uementum ad iugium se
se dicens hostium uim
tiubre et fortiter con
tenderent ante oculos
habentes contumeliam q
in loco sancto ab his i
uste erat illatam. Lc.

Sabbato prime dominice lxx.
nonicieris dum · cap i ox
dominice precedentis · ubi est
notandum q(uod) abhinc usque ad
aduentum omni sab. i us d sp
cap dominice precedentis le ·

Aspice domine. i(n) alio sabbato · a d. R̷ i
e · precedentis dominice le i a · ad aduent.

Vidi dominum sedentem super solium
excelsum i plena erat omnis terra
maiestate eius i ea que sub ipso
erant replebant templum. Ant.
Muro tuo inexpugnabili circumcinge
nos domine i armis tue poten
tie protege nos semper deus uirtutum. Ant. Libera
nos de excidio nostris i abyssi
i in ueris domine rex regum insigne
prodens tuum psalmo conclusio
exaudi nos domine in gemitibus.
Ant. Sustinuimus pacem et non
uenit domine quesiuimus bona et ecce
turbacio cognouimus domine peccata nostra
ne in eternum obliuiscaris nos domine
deus. Ant. Super muros tuos
ierusalem constitui custodes tota
die i nocte non tacebunt lau
dare nomen domini. Prosa oracio dicatur
tercio fiat suffragium de domina pau.
Deflorens rosa i de precibus tan
pauis comperies omni sabbato usque
ad primum sabbatum i aduentum domini.
Dominica prima kl. nouembris i primitur
liber ezechielis prophete i legitur cum sequen
tibus diebus dominicis i ferialibus
usque ad aduentum domini. Inuitator.

Laudabilem nos adoremus i
excelsis. Quem vidi sedē excel
sup alas cherubyn. ℟. Re.
Et factum ē in xxx° anno
in iiij° mēse v° mēs
cum essem i medio capti
uorum iuxta flumen chobar.
Aperti sunt celi & vidi visi
ones dei. In quinta mensis
ipse ē annus quintus transm
igracionis regis ioachym
factum ē verbum dni ad ez
echiel filium buzi sacerdotē
in tra caldeorum iuxta flumen
chobar. Tu R. Vidi dnm seden
tem sup solium excelsum & plen
erat omnis tra maiestate eius.
Et ea que sub ipso erant replebant
templum ℣ Seraphin stabant su
p illud sex ale uni & sex ale alteri. Et ea

Et vidi & ecce ventus
turbinis veniebat ab
aquilone & nubes mag
na & ignis inuoluens & splendor
in circuitu eius. & i medio eius
quasi species electri i de medio
ignis. Et ex medio eorum
similitudo iiijor animaliū.
Hic aspectus eorum. Similitu
do hominis i eis & iiijor

facies uni iiijor. Pen
ne uni iiij. Tu R. Aspice
domine de sede sca tua & cogita
de nobis inclina deus meus aurē
tuam & audi. Aperi oculos tuos
& vide tribulacionem nostram ℣
Qui regis isrl intende. Aperi

Et species eorum & as
pectus eorum i planta
pedis eorum quasi planta
pedis vituli & scintil
le quasi aspectus eris ca
dentis. Et manus hominis
sub pennis eorum in iiijor
partibus. & facies & pen
nas iiijor partes habebant.
iunctaeque erant penne
eorum alterius ad alterum.
Non reuertebantur cum i
ncederent. sed unumquodque
ante faciem suam gradiebatur.
Aspice domine quia facta est
desolata ciuitas plena di
uiciis sedet in tristicia dna gen
cium. Non est qui consoletur
eam nisi tu deus noster ℣ Plorans
plorans plorauit in nocte &
lacrime eius in maxillis eius. Asp

Sca iiijor animalia
que per prophetie spm

fectiua prudencie sub-
tili ingenio acute describit
eccl. Quatuor facies uni
et quatuor penne uni. Quid
in facie nisi noticia, quid
in pennis nisi uolatus
exprimitur? Per faciem quip-
pe unusquisque cognoscitur,
per pennas in alta suspen-
duntur sublevantur. Facies
itaque ad fidem: penne uero
ad contemplati-
onem. Tu autem. R. Super muros
tuos ierusalem constitui custo-
des tota die ac nocte non
tacebunt laudare nomen domini. V.
Qui reminiscimini dominum ne ta-
ceatis et ne detis silentium ei.

Per fidem namque ab
omnipotente deo cog-
noscimur sicut ipse de oui-
bus suis dicit: Ego sum pa-
stor bonus et cognosco
meas et cognoscunt me me-
e. Per contemplationem uero quasi
super nosmetipsos tolli-
mur: quasi in aere leuamur.
Quatuor ergo facies sunt
uni: quia si requiratis
quid matheus de carna-
cione domini sentiat: hoc nimirum
sentit quod marcus lu-
cas iohannes. Tu autem. R.
Muro tuo inexpugnabili circumcinge
nos domine et armis tue potentie
protege nos semper alleluia. Domine deus israel cla-
mantes ad te. V. Erue nos domine
in mirabilibus tuis et da gloriam
nomini tuo. Alleluia. Quatu-
or ergo facies uni et quia no-
ticia fidei qua cognoscitur eccle-
sia est in uno quod est simul in
quatuor. Quid uero in uno inue-
neris hoc in omnibus simul
inuenis cognoscis. Et quatuor
penne. Quia omnipotentis
dei filium dominum ihesum christum sen-
ciunt concorditer praedicant:
ad diuinitatem eius mentis o-
culos leuant: penna con-
templationis uolant. Tu autem. R.
Sustinuimus pacem et non uenit:
quesiuimus bona et ecce turbatio: cog-
nouimus domine peccata nostra et non in perpetuum
irascaris nobis. V. Peccauimus cum
patribus nostris. Non. R. Misit dominus
angelum suum et conclusit ora leo-
num. Et non me contaminauerunt
quia coram eo iusticia inuenta
est in me. V. Misit deus misericordiam suam

uitatem suam animam meã
cipiunt remedia cantilore legum
Ano me. R. Angustie michi sunt
undique. et quid eligam ignoro
Melius ē michi incidē ī manus
hominum qȝ derelinquere legem dei
mei. V. Si enim hoc egero mors mi
ē si autē nō egerō non effugiam
manus uras. Melius. R. Lauda
bilis pplš quem dns exercituum
benedixit dicens opus manuum
mearum tu es hereditas mea israel
Beata gens cui est dns deus eius
pplš quē elegit ī hereditatē sibi. B
Ab hinc diebz dnicis usqȝ
ad aduent dñi ī mat. cp. ī vis
fiat hist° d' dna ī de pphetis
tm parus q placet ad pma a.
Tu mandasti. ad iij a. Deduc-
me dne. ad vj a. Adiuua me dne
ad ix a. Aspice ī me. et dir-
sūc ans' pphos ī diebz dnicis
cp. alus q agit d' fia usqȝ ad
aduent dñi ordin'. Per ebdom
Et uidi ī cecidi ī faciē
meam. et audiui uocē
loquentis ad me ī dix' m
Fili hominis sta sr pedes tu
os. et loqr tecum. Ingressus
est ī me spc postq' locut'
ē michi ī statuit me
sup pedes meos et au
diui loquētē ad me et
dicentem. Tu R. Afacie i-
racundie tue dne turbata est
omnis terra sed tu dne mise-
rere. Ne facias consummationē. V.
Conuerte nos deus salutaris
nr. et auerte iram tuam ab n.
Fili hominis ego mit-
to te ad filios isrl. ad
gentes apostatrices que
recesserunt a me. patres
eorum preuaricati sunt pactū
meum usqȝ ad diem hanc.
Filii dura facie ī indo-
mabili corde sunt ad quos
ego mitto te. ī dices
ad eos. Hec dicit dns
ds. ī si forte quiescant
ī si forte uel ipsi audiant
quia domus exasperans
est. ī scient quia ppha
fuit ī medio eorum. Tu R.
Genti pccatrici pplo pleno pec-
cati miserere. Dne deus. V. Esto pla
cabilis sup malicia ppli tui.
Tu uero fili hominis

ne timeas eos neque ser
mones eorum metuas
quoniam increduli et subversores
sunt tecum et cum scor
pionibus habitas. Verba eo
rum ne timeas et vultus eo
rum ne formides quia domus
exasperans est. Loqueris er
go verba mea ad eos si for
te audiant et quiescant quia
irritatores sunt. Tunc ℟
Civitatem istam tu circumda
domine et angeli tui custodiant mu
ros eius. Exaudi domine populum
tuum cum misericordia. ℣ Qui regis israel
intende. Exaudi. Abhinc die
bus ferialibus usque ad advent
fiat commemoratio in matutinis et in vesperis de
domina de patronis pro pace de omnibus
sanctis. Dominica quarta mensis novembris

Et dixit dominus ad me
Fili hominis aperi
os tuum et comede quecumque
ego do tibi. Et vidi et ecce
manus missa ad me
in qua erat involutus liber.
Et expandit illum coram
me qui erat scriptus intus
et foris. Et scripte erant in eo
lamentationes et carmen

et ve. Et dixit ad me. Fili ho
minis quodcumque inveneris co
mede. Comede volumen
istud et vadens loquere ad
filios israel. Et aperui os meum
et cibavit me volumine illo.
Et dixit ad me. Fili hominis
venter tuus comedet et visce
ra tua complebuntur volumi
ne isto quod ego do tibi. Et comedi il
lud et factum est in ore meo tamquam mel
dulce. Et dixit dominus ad me fi
li hominis vade ad domum
israel et loqueris verba mea ad
eos. Non enim ad populum pro
fundi sermonis et ignote
lingue tu mitteris ad domum
israel neque ad populos multos pro
fundi sermonis et ignote
lingue quorum non possis audi
re sermones. Evangelistarum
quasi facies ad humanitatem per
tinet penna ad divinitatem quia
leo quam comparem aspicit
qui faciem intendit. Sed du
plicem et iam in spiritu accipi
corporeum exercitium annuntiat
per contemplationis primatum
qui hec extollitur. Quia initi
um est fides consummatio est

super contemplacionem divinitatis
eius in singulis invenit decem
quod Quantumcumque sapientes vim i-
ngenii preterire vim. Sed que
visio est si fidem atque con-
templacionem divinitatis
iudicatores illius scilicet opera
non videntur. Sequitur et pe-
des eorum partes terre. Quid
per pedes nisi filius hominum
designatur. Omnes quod equaliter
partes terre descendunt quia
sancte evangelistae atque o-
mnes opera ad sequendam
humilitatem non sunt tenerorum.
Hii autem partes terris in h-
ui qui ad ima mundi que re-
linquerunt reflectuntur. Deus
sequitur et Cantus tenuis i-
psorum nominum sunt. Illius tota
involucione lux. Tintinnabula
cum aspiciis eius cadentis. Est
metallum valde sonorum
et in me voces predicancium
eri comperitur quia in omnem
terram exivit sonus eorum et
in fines orbis terre verba eorum.
Hii autem est cadens quia
vita predicancium sonat et
ardet. Videt enim delitcio so-
nat uita. Est quod cadens
est predicacio aeterna. Sed

et candelabri ecce sonitu illi
pereunt quia de eorum ex
predicacionibus illa flammancia
ad aures audiencium
pervenit. Racio autem pre-
dicatorum illa sonitu ille appel-
latur quia eos quasi
ore tangentem audiunt.

Quomodo rex vidit somnium in prima
visione Daniel revelat per visionem divinam

In anno secundo regni Nabu-
chodonosor vidit Na-
buchodonosor somni-
um et conterritus est spiritus eius et fu-
git ab eo somnium eius.
Precepit autem Nabuchodono-
sor rex ut vocarentur
omnes arioli et magi et ma-
lefici et Caldei ut indicarent
regi somnium. Et Lectio ii.

Qui cum venissent ste-
terunt coram rege. Et dixit
ad eos rex. Vidi somnium
et mente confusus ignoro quid
viderim. Responderunt Caldei
regi siriace. Rex in sempi-
ternum vive. dic somnium
servis tuis et interpretacionem
eius indicabimus. Respondens
ait rex Chaldeis. Sermo recessit
a me. nisi indicaveritis m-
ihi somnium peribitis vos et

domus vestre publica
buntur. Responderunt ergo
caldei dicentes. Non
est homo super terram qui
sermonem tuum rex possit
implere. Tu autem. Quo audi
to rex in furore et in ira magna
commotus est. precepit ut
perirent omnes sapientes
babilonis. Egressa est
sententia ut interficerentur
sapientes. querebantur
daniel et socii eius ut
interficerentur. Interrogavit
daniel arioch quare a rege
accepisset potestatem qua
ob causam tam crudelis
sententia a facie regis esset
egressa. Qui cognita
rogavit principem mili
cie regis ut tempus ei daret
ad solutionem. Tu autem.

Et ingressus est daniel
domum suam et ananie
et misaeli et azarie so
ciis suis indicavit ne
gocium ut quererent mi
sericordiam a facie dei
celi. Post hec intravit
daniel coram rege et
narravit somnium.
Somnium tuum rex et
visiones capitis tui in cubi
li tuo huiuscemodi sunt.
Tu rex cepisti cogitare
in strato tuo quid esset futurum
post hec. et qui revelat mi
steria ostendit tibi que
ventura sunt. Tu autem.
Tu rex videbas et ecce statua
una magna. et statura i
sublimis stabat contra te.
et intuitus eius terribilis. Capud
erat eius optimo. pectus
autem et brachia de argento.
Porro autem venter et femora
ex ere. tibie autem ferree.
pedum quedam pars erat ferrea quedam
autem fictilis. Tu autem.

Videbas ita donec ab
scisus est lapis sine ma
nibus et percussit statuam in
pedibus eius ferreis et fictilibus et comminuit eas. Tunc
contrita sunt pariter ferrum
testa es argentum et aurum
et quasi in favillam redacta sunt
estive aree que rapta sunt in
ventum. nullus locus est
inventus eis. Lapis autem qui
percusserat statuam factus est
mons magnus et implevit
universam terram. Tu autem. Dominica
iiii mensis novembris de libro ozee

Verbum domini quod factum est ad osee filium beheri in diebus ozie ioathan achaz ezechie regum iuda et in diebus ieroboam filii ioas regis israel. Principium loquendi domino in osee. Et dixit dominus ad osee: Vade sume tibi uxorem fornicationum et fac filios fornicationum, quia fornicans fornicabitur terra a domino. Ca. ii.

Et abiit et accepit gomer filiam debelaim, et concepit et peperit ei filium. Et dixit dominus ad eum: Voca nomen eius iezrahel, quia adhuc modicum et visitabo sanguinem iezrahel. Ca. lc. iii.

In illa die conteram arcum israel in valle iezrahel. Et concepit adhuc et peperit filiam. Et dixit ei: Voca nomen eius absque misericordia, quia non addam ultra misereri domui israel, sed oblivione obliviscar eorum. Et domui iuda miserebor, et salvabo eos in domino deo suo, et non salvabo eos in arcu et gladio et in bello.

Et ablactavit eam que erat absque misericordia, et concepit et peperit filium. Et dixit: Voca nomen eius non populus meus, quia vos non populus meus, et ego non ero vester. Et erit numerus filiorum israel quasi arena maris que sine mensura est et non numerabitur. Ca.

Et erit in loco ubi dicetur eis non populus meus vos, dicetur eis filii dei viventis. Et congregabuntur filii iuda et filii israel pariter, et ponent sibimet caput unum et ascendent de terra, quia magnus dies iezrahel. Ca. l. iiii.

Dicite fratribus vestris populus meus, et sorori vestre misericordiam consecutam. Iudicate matrem vestram, iudicate, quia ipsa non uxor mea, et ego non vir eius. Auferat fornicationes suas a facie sua, et adulteria sua de medio uberum suorum, ne forte expoliem eam nudam et statuam eam secundum diem nativitatis sue.

Dominica ultima de libro Ione prophete.

Et factum est verbum

Domini ad ionam filium
amathi dicens. Surge
vade in niniven civi-
tatem magnam et predica in
ea quia ascendit clamor
malicie eius coram me.
Et surrexit ionas ut fu-
geret in tharsis a facie domini
et descendit ioppen et inve-
nit navim euntem in thar-
sis et dedit naulum eius et
descendit in eam ut iret cum
eis in tharsis a facie domini.
Dominus autem misit ventum
magnum in mare et facta est
tempestas magna in mari
et navis periclitabatur con-
teri. Et timuerunt naute et
clamaverunt ad deum suum
et miserunt vasa que erant
in navi in mare ut alleviaretur
ab eis. Et ionas de-
scendit ad interiora navis
et dormiebat sopore gravi et
accessit ad eum gubernator
et dixit ei. Quid tu sopore
deprimeris? Surge invoca
deum tuum si forte recogi-
tet deus de nobis et non pereamus.
Et dixit vir ad colle-
gam suum venite et mittamus
sortes ut sciamus quare hoc
malum sit nobis. Et miserunt sortes
et cecidit sors super ionam.
Et dixerunt ad eum. Indica
nobis cuius causa malum istud sit
nobis. Quod est opus tuum que
est terra tua et quo vadis vel
ex quo populo es tu? Et
dixit ad eos. Hebreus
ego sum et dominum deum celi ego
timeo qui fecit mare et aridam.
Et timuerunt viri timore magno
et dixerunt ad eum. Quid hoc
fecisti? Cognoverunt enim viri quod
a facie domini fugeret quia in-
dicaverat eis. Et
dixerunt ad eum. Quid facie-
mus tibi et cessabit mare a nobis
quia mare ibat et intumescebat.
Et dixit ad eos. Tollite me
et mittite in mare et ces-
sabit mare a vobis. Scio enim
quod propter me tempestas grandis
est super vos. Et remigabant
viri ut reverterentur

ad aridam et non valebant quia mare ibat et intumescebat super eos. Tu Et clamaverunt viri ad dominum et dixerunt: Quesumus domine ne pereamus in anima viri istius et ne des super nos sanguinem innocentem, quia tu domine sicut voluisti ita fecisti. Et tulerunt Ionam et miserunt in mare. Et stetit mare a fervore suo. Et timuerunt viri timore magno dominum et immolaverunt hostias et voverunt vota. Et preparavit dominus piscem grandem ut deglutiret Ionam. Et erat Ionas in ventre piscis tribus diebus et tribus noctibus. Et oravit Ionas ad dominum deum suum de ventre piscis et dixit: Clamavi de tribulatione mea ad dominum et exaudivit me. Et dixit dominus pisci: Evomue illum. Et eiecit Ionam in aridam. Tu

[illegible] lectio

Et factum est verbum domini ad Ionam secundo dicens: Surge et vade in Niniven civitatem magnam et predica in ea predicationem quam ego loquor ad te. Et surrexit Ionas et abiit in Niniven iuxta verbum domini. Et Ninive erat civitas magna itinere trium dierum. Et cepit Ionas introire in civitatem itinere unius diei et clamavit et dixit: Adhuc xl dies et Ninive subvertetur. Et crediderunt viri Ninive in domino et predicaverunt ieiunium et vestiti sunt saccis a maiore usque ad minorem. Et pervenit verbum ad regem Ninive et surrexit de solio suo. Et abiecit vestimentum suum a se. Et indutus est sacco et sedit in cinere. Et clamavit et dixit: In Ninive ex ore regis et principum eius dicens: Homines et iumenta et boves et pecora non gustent quicquam neque pascantur et aquam non bibant. Et operiantur saccis homines et iumenta et clament ad dominum in fortitudine. Et convertatur

tur anima sua mala ab iniquitate que est in manibus eorum. Quis scit si convertatur et ignoscat deus et revertatur a furore ire sue et non peribimus. Et vidit deus opera eorum quia conversi sunt de via sua mala. Et misertus est deus populo suo super maliciam quam locutus fuerat ut faceret eis et non fecit. T.

Incipiunt Omelie Capitula ad matutinas et prophecias diei ad vesperas et magnificat antiphone et orationes dominicales per estatem usque ad adventum domini. Dominica prima post festum Sancte Trinitatis secundum Lucam.

In illo tempore dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam erat dives et induebatur purpura et bysso et epulabatur cotidie splendide. Et reliqua. Omelia beati Gregorii.

Nonnulli putant fratres karissimi precepta veteris testamenti districtiora esse quam novi. sed hi minus inprovida consideratione falluntur. In illo enim non tenacia sed rapina multatur. Ibi res iniuste ablata restitutione quadrupli punitur.

Hic autem dives non abstulisse aliena reprehenditur sed propria non dedisse. Nec dicitur quia quempiam oppressit sed quia in acceptis rebus se extulit. Hinc ergo summopere colligendum est quanta mulctandus sit qui aliena diripit si tanta dampnatione percutitur qui propria non largitur. Nemo itaque securum se estimet dicens. Ecce aliena non rapio sed concessis licite fruor. Quia dives iste non ideo punitus est quia aliena abstulit sed quia acceptis rebus semetipsum male dedit. Hoc quoque solum fuit quod hunc inferno tradidit quia in sua felicitate timidus fuit. T.

Et nonnulli nobis est magnopere considerandum quod in descriptione divitis et pauperis

pauper · quantus sit ordo p[re]narrationis. Ecce enim dicit: Homo quidam erat dives. Et primus dimittitur. Erat quidam mendicus nomine Lazarus. Certe in populo plus solent nomina divitum quam pauperum sciri. Quid ergo est quod dominus de paupere dicit nomen faciens, nomen pauperis dicit · et nomen divitis non dicit · nisi quod deus humiles novit atque probat, superbos ignorat. Ait ergo de divite: Homo quidam. Ait de paupere: Egenus nomine Lazarus. Ac si aperte dicat: Humilem pauperem scio · superbum divitem nescio. Ev. ad s[an]c[t]am c.

Karissimi. Deus caritas est. In hoc apparuit caritas dei in nobis quoniam filium suum unigenitum misit deus in mundum ut vivamus per eum. Ev. ad vi ant[iphona].

Homo quidam erat dives et induebatur purpura et bysso et epulabatur cotidie splendide. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus qui iacebat ad ianuam eius ulceribus plenus cupiens saturari de micis que cadunt de mensa divitis et nemo illi dabat. Sed et canes veniebant et lingebant ulcera eius. Oratio.

Deus in te sperantium fortitudo · adesto propicius invocationibus nostris et quia sine te nichil potest mortalis infirmitas · presta auxilium gratie tue · ut in exequendis mandatis tuis et voluntate et actione placeamus. Per do[minum].

Et sciendum quod oratio dominicalis post octavam cum agitur de festo in matutinis et aliis horis et tamdiu dicitur quamdiu alius dominice proxim[e] [...]ata fiat com[memoratio]. Cap[itulum]. vi capitulum.

In hoc est caritas dei non quasi nos dilexerimus eum sed quia ipse prior dilexit nos et misit filium suum propiciatorem pro peccatis nostris. Oratio. ad ix cap.

Hoc mandatum habemus a deo ut qui diligit deum diligat et fratrem suum. Oratio. ad magnificat. ant[iphona]. Factum est autem ut moreretur mendicus et portaretur

ab angelis in sinum abrahe. Resp.
dñm nunc. Pr abrahã miserere
mei et mittas lazarum ut intin
guat extremum digiti sui in aq
ut refrigeret linguam meam.
Vers. Fili recordare quia recepisti
bona in vita tua et lazarus simili
ter mala. Dñica ii. sec. lucam.

In illo tempore dixit ihesus discipulis suis para
bolam hanc. Homo quidam
fecit cenam magnam et
vocavit multos etc. Omelia.

Quis iste homo est
nisi dei filius de quo per
prophetam dicitur homo est et
quis cognoscet eum. Qui fe
cit cenam magnam. Qui
saturitatem nobis eterne
dulcedinis preparavit.
Qui vocavit multos sed
pauci veniunt quia nonnumquam
ipsi qui ei per fidem subiecti
sunt eterno eius convi
vio male vivendo con
tradicunt. Misit autem hora ce
ne servum suum dicere invi
tatis ut venirent. Quid

hora cene nisi finis est mundi
in quo nimirum nos sumus
sicut iam dudum paulus
testatur dicens. Nos sumus
in quos fines seculorum devenerunt.
Si ergo iam hora cene
est cum vocamur tanto minus
debemus nos excusare a
convivio dei quanto propinquasse
iam cernimus finem seculi. Et.

Sed quis per hunc servum
qui a patrefamilias ad in
vitandum mittitur nisi pro
phetarum apostolorum ceterorumque predicato
res designantur ad cenam
itaque eum convivium cum nos
sumus per famulos vocat
eterno nobis excuset ne
aliquis cum noluit intrare non
valebit. Audite quod sapiens
per salomonem dicat. Tunc
invocabunt me et non exau
diam. mane consurgent et non
invenient me. Et. Sed gr
avius quia hic quod sequitur
ad hunc auditis videmus.
Ceperunt simul omnes excu

sunt. Offic̄ est qui cogitari debuit non cogitatis. Dico vobis quod nec ipse tempore parcat. In his sunt omnes periclitantur. Dum hunc terrena cura dominatur, illi salutem animus sagax cogitationem devastat. Alterius enim mentem voluptas carnis inquinat. Non nos ergo fratres karissimi et voluptas carnis non sollicitudo cupiditatis aut avaritie, non estus ambitionis, non ullus terrenus nos illicite delectationis ad interna cena impediat. Tu.

Capitulum ad matutinas et ad missam. Karissimi. Nolite mirari si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Deo.

Ad benedictus antiphona. Quidam homo fecit cenam magnam et misit servum suum hora cene dicere invitatis ut venirent quia omnia parata sunt alleluia.

Oratio ad omnes. Sancti nominis tui domine timorem pariter et amorem fac nos habere perpetuum, quia numquam tua gubernatione destituis quos in soliditate tue dilectionis instituis. Per.

Ad vi. Capitulum. In hoc cognovimus caritatem Dei quoniam ille pro nobis animam suam posuit, et nos debemus pro fratribus animas nostras ponere. Deo.

Ad ix. Filioli mei non diligamus verbo neque lingua sed opere et veritate. Deo.

In ii vesperis ad magnificat antiphona. Domine factum est ut imperasti et adhuc locus est. Antiphona. Exi cito in plateas et vicos civitatis et pauperes ac debiles cecos et claudos compelle intrare ut impleatur domus mea alleluia. Antiphona. Dico autem vobis quod nemo virorum illorum qui vocati sunt gustabunt cenam meam.

Dominica iii secundum Lucam.

In ill. t. Erant appropinquantes ad Ihesum publicani et peccatores ut audirent illum. R.

Omelia beati Gregorii pape. Audistis in lectione evangelica fratres mei quod peccatores et publicani accesserunt ad redemptorem nostrum et

non solum ad colloquium sed etiam ad convescendum recepit. Quod videntes pharisei dedignati sunt. Ex qua re colligite quia vera iusticia compassionem habet, falsa vero indignationem. Quamvis et iusti soleant recte peccatoribus indignari. Sed aliud est quod agitur typo superbie, aliud quod zelo discipline. Dedignantur etenim iusti sed non dedignantes, desperant sed non desperantes, persecutionem commovent sed amantes. Quia etsi foris increpationes exaggerant, intus tamen dulcedinem per caritatem servant. Preponunt sibi in animo ipsis plerumque quos corrigunt, meliores estimant eos quos iudicant. Quod videlicet agentes et per disciplinam subditos et per humilitatem custodiunt semetipsos. L[ectio]. At contra hi qui de falsa iusticia superbire solent, ceteros quosque despiciunt, nulla infirmantibus misericordia condescendunt, et quo se peccatores esse non credunt, eo deterius peccatores fiunt. De quorum profecto numero pharisei extiterant, qui diiudicantes dominum quod peccatores susciperet, arenti corde ipsum fontem misericordie reprehendebant. Sed quia egri erant ita ut se egros esse nescirent, quatenus quod erant agnoscerent, celestis eos medicus blandis fomentis curat, benignum paradigma obicit et in eorum corde vulneris tumorem premit. Ait namque: Quis ex vobis homo qui habet centum oves, et si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonaginta novem in deserto et vadit ad illam que perierat. L[ectio] [illegible] ad m[illegible]

H[illegible]. Nullum sub potestate manu dei ut nos ex[illegible]alter ... solitudinem ... pro ... in ... ipsi ...

ex vobis. Ps. Ad bnd. an.
Quis ex vobis homo qui ha-
bet c oves et si perdiderit unam ex
illis nonne dimittit nonaginta
novem in deserto et vadit ad illam
que perierat donec inveniat alla
alla. Orō ad oēs. D eprecatio-
nem nostram quesumus domine benignus
exaudi ut quibus supplican-
di prestas affectum tribue de-
fensionis auxilium. Per
Ad vi cap: S obrii estote
et vigilate quia adversarius
vester diabolus tanquam leo
rugiens circuit querens quem
devoret cui resistite fortes
in fide. Ps. Ad ix cap. D eus
autem omnis gratie qui vocavit
nos in eternam suam gloriam
in Christo Ihesu modicum passos
ipse perficiet confirmabit
solidabitque ipsi gloria et im-
perium in secula seculorum amen. D
Que mulier habens dragmas decem
si perdiderit unam nonne accendit
lucernam et evertit domum et querit
diligenter donec inveniat. Ps. ld

Congratulamini michi quia inveni
ovem meam que perierat dicit
dominus. Ps. iiij post tri. lucam
In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis Estote
misericordes sicut et pater
vester misericors est. vi. luce.
Inter ceteras virtutes quas
dominus Ihesus Christus nos celestem
gloriam querere monuit et
precipue mirabiliter commen-
davit demum est et in monte
sedens ubi beatitudines
discipulos suos edoceret
dixit inter cetera. Beati misericordes
quia ipsi misericordiam consequentur.
Nolite iudicare et non
iudicemini. Nolite condem-
pnare et non condempna-
bimini. Et H oc illo
non nichil aliud nobis p-
recipi existimo nisi ut ea
sunt de quibus dubium est quo-
modo fiant in meliorem par-
tem interpretem. Dimittite et
dimittemini. Date et da-
bitur vobis. Dimittite nos in-
iurias date beneficia miser-

ut nobis pcca dimittatur et vita detur eterna. Tu autem.

Sequitur. Non est discipulus super magistrum. Perfectus autem omnis erit si sit sicut magister eius. Si magister qui utique est deus po[r]tavit suas iniurias in iniuriis et voluit in sermonibus placendo reddere unitates ut eandem discipuli qui puri homines sunt regulam perfectionis sequantur. L. In

uiaf i ad iij cap. Aestimo enim quod non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriam que revelabitur in nobis. Deo gratias. Ad benedictus antiphona.

Estote ergo misericordes sicut et pater vester misericors est alleluia. Oratio.

Protector in te sperantium deus sine quo nichil est validum nichil sanctum multiplica super nos misericordiam tuam ut te rectore te duce sic transeamus per bona temporalia ut non amittamus eterna. Per. Ad vi.

Vanitati enim creatura subiecta est non volens sed propter eum qui subiecit eam in spe quia et ipsa creatura liberabitur a servitute corruptionis in libertatem glorie filiorum dei. Deo gratias. Ad ix capitulum.

Scimus enim quod omnis creatura ingemiscit et parturit usque adhuc. Deo gratias. Ad magnificat antiphona.

Nolite iudicare ut non iudicemini in quo enim iudicio iudicaveritis iudicabimini dicit dominus. Infra ebdomadam.

Eice primum ypocrita trabem de oculo tuo et tunc videbis ut educas festucam de oculo fratris tui alleluia. Antiphona.

Mensuram bonam et confertam et coagitatam dabunt in sinum vestrum alleluia. Dominica v secundum lucam.

In illo tempore. Cum turbe irruerent ad ihesum ut audirent verbum dei et ipse stabat secus stagnum genezareth. Et reliqua. Omelia beati augustini episcopi de eadem.

Audivimus dilectissimi cum sanctum evangelium legeretur quod turbe irruerent ad ihesum ut audirent verbum

eius. Audiatque desiderio
lugenti in gloriae sanitatem
venerit ad eum sine intel-
ligentia gratiae vel indulgentiam
accipit pro lege vindictam
tibi nunquam indulgentia
nulla inveniatur sed severita-
tis districtio. Que naves
iuxta stagnum posite circu-
mcisionem et preputium figurant.
Quas bene se vidisse perhibet
quia in utroque populo novit eos
qui sunt eius, eorumque cor-
da a fluctibus seculi huius ad
future beatitudinis tranquilli-
tatem quasi ad soliditatem litoris
videndo hoc est miserando pro-
vehit. Tu autem. Piscatores
autem descenderant et lavabant
retia. Piscatores sunt ecclesie
doctores qui retibus fidei
comprehensos et de profundo
ad lumen elatos quasi pisces
litori sic terre viventium ad-
vehunt. Qui enim quedam
retia piscandi sunt complexe
predicandi dictiones que eos
quos ceperint in fide non

amittunt. Unde retia dic-
ta sunt qui retinentia. Eu.
Sed hec retia modo
laxantur in capturam
modo plicantur lota
quia non omne tempus
est habile doctrine. Sed nunc
exercenda est lingua docto-
ris. nunc sui ipsius cura ge-
renda. Ascendens autem in
unam navem que erat
Simonis rogavit eum a
terra reducere pusillum. Et
sedens de navicula doce-
bat turbas. Navis Sy-
monis est ecclesia primitiva
de qua Paulus dicit. Qui
operatus est Petro in aposto-
latum circumcisionis operatus
est et mihi inter gentes. Bene
autem una dicta quia multi-
tudinis credentium erat cor
unum. Deque docebat turbas
quia de auctoritate ecclesie
primitive usque hodie. Gentes
ad celorum regnum invitat.
Tu autem. in mat. et ad iii Capitulum
R[illegible] Os [illegible]

in oratione estote compa
tientes fraternitatis ama
tores misericordes modesti.
Co. ad bñ. an. Ascendens in
navim iesus sedens docebat turbas
alleluia. Oratio ad omnia. Da nobis
quesumus domine ut et mundi cursus
pacifice tuo ordine diri
gatur et ecclesia tua tranqu
illa devotione letetur. Per.
ad vi capitulum. R. ... Non
reddentes malum pro malo
vel maledictum pro maledi
cto sed econtrario benedicen
tes quia in hoc vocati estis ut
benedictionem hereditate pos
sideatis. Co. ad ix capitulum
R. ... Qui vult vitam
diligere et videre dies
bonos coerceat linguam
suam a malo et labia
sua ne loquantur dolum
declinet a malo et faci
at bonum inquirat pacem
et sequatur eam. Co. In vesperis
ad magnificat an. Preceptor per totam
noctem laborantes nichil ce
pimus in verbo autem tuo laxabo
rethe. in evangelio ad ... a. Cum audisset
petrus quia dominus est succinxit se
et misit se in mare et clamabat voce
magna dicens exi a me domine quia
homo peccator sum. an. Dixit
autem dominus symoni petro noli
timere ex hoc enim eris homines capi
ens. Do. vi. secundum matheum
In illo t. d. i. d. s. Amen
dico vobis nisi habundaverit
iusticia vestra plusquam scri
barum et phariseorum non intrabitis
in regnum celorum. R. Augustinus.
Nisi non solum illa mini
ma legis precepta imple
veritis que inchoavit ho
mines. sed etiam ista que a me
adduntur qui non veni sol
vere legem sed adimplere
non intrabitis in regnum ce
lorum. Cum Iusticia phari
seorum est ut non occidant. Iu
sticia eorum est qui intratu
ri sunt in regnum dei. ut non irasca
tur sine causa. Minimum
est ergo non occidere. et qui illud
solverit minimus vocabitur in
regno celorum. Qui autem impleverit

impleverit ut non occidas
non minimo magis erit
in perveniens regno celo-
rum. Si tu ascenderis aliquem gra-
dum: proficies autem si non
irascaris sine causa. Et
si perfeceris illud remotior
eris ab homicidio. Tu.
Quapropter qui docet ut
non irascamur non solvit
legem ut non occidamus sed
implet potius: ut in foris
dum non occidimus in corde
dum non irascimur innocentiam
custodiamus. Audistis quia
dictum est antiquis. Non
occides. Qui autem occide-
rit reus erit iudicio. In le-
ge enim iudicabatur ut qui
occidisset occideretur. Ego
autem dico vobis quia omnis
qui irascitur fratri suo reus
erit iudicio. Qui autem dixerit
fratri suo racha: reus erit
concilio. Racha est in ani-
mo aliquid in iniuria. Sed
si de racione fingere red-
ditur similiter tamen quanto

magis dictum vindicta. Qui
autem dixerit fatue: reus erit
gehenne ignis. Gehenne
est pena duplex: ubi corpus et
anima punitur. Frater in-
nullus est nisi qui eundem
deum nobiscum patrem habet. Tu.
Gradus similiter crescit in deum qua
ratione stultitie eloquio de-
notavit patrem. Tu. Invitat. ut supra.

Fratres. Quicumque baptizati
estis in Christo Iesu in morte
ipsius baptizati sumus. Consepulti
enim sumus cum illo per baptismum
in mortem ut quomodo surrexit Christus
a mortuis per gloriam patris ita
et nos in novitate vite am-
bulemus. Tu. Ad laudes ant.
Audistis quia dictum est antiquis
non occides qui autem occiderit reus
erit iudicio. Oro ad omnia. Deus
qui diligentibus te bona in-
visibilia preparasti infunde cor-
dibus nostris tui amoris affec-
tum: ut te in omnibus et super omnia
diligentes promissiones tuas
que omne desiderium superant
consequamur. Ad sextam Cap.

Fratres. Hoc scientes quia
vetus homo noster simul
crucifixus est ut destruatur
corpus peccati ut ultra non
serviamus peccato. Qui enim mortuus
est peccato mortuus est semel.
Quod autem vivit vivit deo. ad ro.

Fratres. Itaque existimate
vos mortuos quidem vos
esse peccato, viventes autem deo in
christo ihesu domino nostro. In viis ad magnificat antiphona.
Si offers munus tuum ante altare et
recordatus fueris quod frater tuus habet
aliquid adversum te relinque ibi
munus tuum ante altare et vade prius
reconciliari fratri tuo et tunc ve-
niens offeres munus tuum alleluia.

Dominica vii secundum marcum

In illo tempore. Cum turba multa esset
cum ihesu nec haberent
quod manducarent convocatis
discipulis ait illis. Misereor
super turbam quia ecce iam triduo
sustinent me nec habent quod
manducent. R. Omnes venerunt

Turba quidem dominum per-
salvatorem in singulari
sustinet. cui electi quippe fi-
deles timentes lucidi devo-
tius sinceraque precis affe-
ctione videlicet languoribus
supplicant. Item turba triduum
dominum sustinet quando
multitudo fidelium peccata que
perpetravit per penitenciam declinans
ad dominum se in opere in locutione
atque in cogitatione convertit.

Et si dimisero eos ieiu-
nos in domum suam deficient
in via. Dimittere ieiunos
in domum suam dominus non vult
ne deficiant in via quia nec
peccatores in peccatis vite via
deficiunt si sine consolatione
doctrine sue pabulo di-
mittuntur. Ne ergo lassescant
in huius peregrinationis itinere
pascendi sunt sacra admo-
nitione. Quidam enim ex eis
de longe venerunt. Est autem
qui nichil fraudis in iu-
ventute corruptionis expertus
ad omnipotentis dei servitium
festinavit. Iste de longinquo
non venit quia per in-
corruptionem et innocentiam
proximus fuit. Et ii autem
Alii vero post carnis i-

flagiciose: alii per falsa testimonium: alii post furta uel illatas violencias ad penitenciam redeunt: hii videlicet de longinquo ad Jesum venerunt. Quanto enim quisque plus in pravo opere erravit, tanto ab omnipotente deo longius recessit. Sed quibus alimonia impendi attende. Non enim dicitur eos in civitate qui in synagoga vel sub dignitate residentibus sed in via deserta Christum querentibus. Consequens enim erat ut quos ad dolorem sanauerat, eos alimonie munere reficeret. Panis vero celestis gratie alimonia non nisi Christum in via deserta pariter querentes in deserto solitudinibus fuit autem numerus. Tu autem.

Finiatur. In ad iii cap. Fratres. Humanum dico propter infirmitatem carnis vestre: sicut enim exhibuistis membra vestra servire immundicie et iniquitati ad iniquitatem, ita exhibete membra vestra servire iusticie in sanctificationem.

Ps. ad ben. an. Misereor super turbam quia ecce iam triduo sustinent me nec habent quod manducent: si dimisero eos ieiunos deficient in via alleluia. Oratio.

Deus virtutum cuius est totum quod est optimum: insere pectoribus nostris amorem tui nominis et presta in nobis religionis augmentum ut que sunt bona nutrias ac pietatis studio que sunt nutrita custodias.

Per. Ad iii capitulum. Fratres. Quem fructum habuistis tunc in illis in quibus nunc erubescitis: nam finis illorum mors est. Nunc vero liberati a peccato servi autem facti deo. Oratio. Ad ix cap.

Stipendia enim peccati mors: gratia autem dei vita eterna in Christo Jesu domino nostro. Oratio. In ii vs ad.

Precepit Jesus turbe discumbere supra terram et accipiens vii panes gratias agens fregit dedit discipulis suis ut apponerent turbe alleluia. Psalmus.

Erant autem qui manducaverant quasi iiii milia et dimisit eos alleluia.

Dominica viij s(e)c(un)d(u)m Math(eu)m.

M(athei) vij. I(n) il(lo) t(empore) d(ixit) i(esus) d(iscipulis) s(uis). Attendite a falsis p(ro)phetis qui veniu(n)t ad vos i(n) vestimentis oviu(m) · intri(n)secus aut(em) s(un)t lupi rapaces. ℞ Omelia.

Quod paulo sup(er)ius sp(ec)iosam t(er)ra(m) latam viam nominavit · h(ic) m(anifest)ius ap(er)tius falsos p(ro)phetas ostendit · p(er) q(uo)s illa ip(s)a via ducit(ur) abhominabilem alicui. Qui primo in iudea multi apparuerunt et modo in p(ro)vincia toti impleverunt mundum. Si illi q(ui) p(ro)p(ter) falsi p(ro)phete fuerunt · verissimos d(omi)ni p(ro)phetas usq(ue) ad mortem p(er)secuti sunt sicut ieremiam et micheam aliosq(ue) multos. Isti aut(em) nunc falsi p(ro)phe(t)e et falsi xpiani qui s(un)t veraces xpianos sine mora p(er)secunt(ur) loq(ui)tur aliqui si dete(r) copia eciam gladijs siue i(n)quisitione aut sinis p(ra)vorum exemplis. Ideo omnes prudentes d(omi)n(u)s ad hortatus est dicens Attendite a falsis p(ro)phetis. Attendite diligencius observate cautius ut non seducamini ut non circumveniamini ut non fallamini. Attendite q(ui)a h(ic) est considerare q(ui) non sunt oves sed lupi in vestimento oviu(m) quia non sunt religiosi sed irreligiosi in figura religiositatis q(ui) non s(un)t xpiani sed in nitate nam? xpiane. Apostolus ap(osto)l(u)s ad ephesios loq(ue)ns de signis dicens. Scio enim q(uia) p(ost) discessionem meam intrabunt in vos lupi graves. Lupi graves nominantur omnes i(n)fideles heretici q(ui) ig(itu)r s(an)ctam ecclesiam opprimunt et p(er)secuntur molestiamq(ue) frequentant qui sine mora rapere et congregare non desinunt aliq(ua)m p(ro)minentie rerum aliene aliquam p(ro)minentiam d(omi)n(u)s. Multo magis eciam satagunt unus rape et sem(per) insensibiliter impeditionem

duncẽ i uestimentum ouiũ
ñie dñr eo q nomẽ xpia
tatis hñt uel qr se simulãt
misteriis iustitie signum
religiositatis inueniẽtes
Primi itaque nomi nullo
sancte innuũt dialectis
sermonibus uestis scandal
i ferunt. Alii sunt atque in
ut apostolis p doctores sermo
nes sequuntur corda in no
centium. Eu. Inuitat' i ad iii cap
Fr̃es debitores sumus
non carni ut secundum carnẽ
uiuamus. Si n̄ secundum carnẽ
uixeritis moriemini. Si autẽ
spiritu facta carnis mortifica
ueritis uiuetis. O. ad vii a.
Attendite a falsis prophetis qui ue
niunt ad uos in uestimentis ouium
intrinsecus autem sunt lupi rapaces
a fructibus eorum cognoscetis eos all.
Ora ad omnia. Deus cuius
prouidencia in sui dispositione
non fallitur te supplices exo
ramus ut noxia cuncta sub
moueas et omnia nobis profutura
concedas. P. ad ix capitulum.

Quicumque enim spiritu dei a
guntur hii filii dei sunt. Non
enim accepistis spiritum seruitu
tis iterum in timore sed acce
pistis spiritum adoptionis
filiorum in quo clamamus abba
pater. O. ad ix capitulum. Ipse enim
spiritus testimonium reddit
spiritui nostro quod sumus filii dei.
Si autem filii et heredes quidem
dei coheredes autem xpi. O.
finis ad magt an. Non potest
arbor bona fructus malos face
re neque arbor mala fructus bonos
facere. P. ebdom a. Non omnis
qui dicit michi domine domine intrabit
in regnum celorum sed qui facit uo
luntatem patris mei qui in celis est
ipse intrabit in regnum celorum all.
Aut. Si quis fecerit uoluntatem
patris mei ipse intrabit in regnum
celorum alla. Dñca ix s. lucam.
In . ill. t. d. i. d. s. parabo
lam hanc. Homo quidam
erat diues qui habebat
uillicum et hic diffamatus
est apud illum quasi dissipasset
bona illius. R. O. b. Ieronimi

In illo villico quem dominus eiciebat de villicatione et laudavit eum quia in futurum sibi prospexerit non omnia debemus ad imitandum sumere. Non enim domino nostro facienda est fraus aliqua ut de ipsa fraude elemosinas faciamus. Sed e contrario intelligamus ut si laudari potuit ille apud dominum qui fraudem faciebat quanto magis placeat Christo qui secundum eius preceptum bona terrena aliis indigentibus communicaverit.

Fraus

Mammona iniquitatis ob hoc dictus appellatur istarum pecuniarum quas possidemus ad tempus quia mammona divitie interpretantur. Nec sunt iste divitie nisi iniquis qui in eis constituunt spem atque copiam beatitudinis sue. A iustis vero cum hec possidentur est quidem ista pecunia sed non sunt illis divitie nisi celestes et spirituales. Si autem qui faciunt elemosinam de quo mammona faciunt sibi amicos a quibus in eterna tabernacula recipiantur quanto magis hi qui spirituales largiuntur epulas qui dant cibaria consensus sui ... sue consilia delectet se sumere retributionis eius.

Ait villicus intra se: Quid faciam quia dominus meus aufert a me villicationem? Fodere non valeo. Ablata quippe villicatione fodere non valet quia finita vita hec iam non licet opera iustitie tunc boni compulsacionis fructu ligone devote compunctionis largiter inquirere. Mendicare erubesco et cetera. Mendicare confusionis est illo scilicet exemplo quo imprudentes virgines ... aut: Propter frigus piger arare noluit mendicabit ergo in estate et non dabitur ei.

i mat. ct
ad in ca

Fratres non simus concu-
piscentes malorum sicut et
illi concupierunt neque ydo-
latre efficiamini sicut quidam
ex ipsis sicut scriptum est Sedit
populus manducare et bibere
et surrexerunt ludere. Deo. ad b[enedictus] a[ntiphona]
Dixit dominus villico quid hoc au-
dio de te redde rationem villicationis
tue alleluia. Oratio ad omnia h[oras]
Largire nobis quesumus domine
spiritum cogitandi que recta
sunt propitius et agendi ut
qui sine te esse non possumus
secundum te vivere valeamus. Per.
Ad vi capitulum Neque fornice-
mur sicut quidam ex ipsis
fornicati sunt et ceciderunt
una die viginti iii milia
neque temptemus Christum sicut
quidam ex eis temptaverunt
et a serpentibus perierunt. Deo.
ad ix cap Fidelis autem
deus qui non patietur vos
temptari supra id quod po-
testis sed faciet cum temptatione
etiam proventum ut possitis
sustinere. Deo. Ymnus ad m[agnificat]

Quid faciam quia dominus meus
meus aufert a me villicationem
fodere non valeo mendicare eru-
besco scio quid faciam ut cum
amotus fuero a villicatione
recipiant me in domos suas.
Dominica x secundum lucam
In illo tempore. Cum appropinquaret
dominus ierusalem videns civi-
tatem flevit super illam di-
cens Quia si cognovisses
et tu. Et reliqua. Omelia beati gregorii pape.
Quod flente domino illa
urbis eversio describitur
que a vespasiano et tito ro-
manis principibus facta est
nullus qui hystoriam eiusdem
eversionis legit ignorat.
Romani enim principes de-
signantur cum dicitur Quia ve-
nient in te dies et circum-
dabunt te inimici tui
vallo et circumdabunt te et
coangustabunt te undique
et ad terram prosternent te et fi-
lios tuos qui in te sunt. Tu.
Hoc quoque quod additur
non relinquent in te lapidem

super lapidem etiam ipsa
euulsa: testimonio ciuita
tis testatur. Quia dum i
eo loco nunc constructa e
igne et pretium domus fuerat
dirutus prior illa iam in
digne fundit est eius. Cum
eorum autem eiusmodi sue
penam fuit illata testimonia
Eo quod non cognouit tempus
uisitationis sue. Creator
quippe omnium per carnationis
sue misterium hanc uisitare
dignatus est. Sed ipsa timoris
et amoris illius recordata
non est. Unde etiam per prophe
tam in increpatione cordis
humani aues celi ad te
stimonium deducuntur cum dicitur.
Miluus in celo cognouit
tempus suum. turtur et hirundo
et ciconia aduentus sui
tempus autem non cognouit
iudicium domini. Sed quem
dum prius est quod sic dicitur.
Uidens ciuitatem: fleuit
super illam dicens. Quia si

cognouisses et tu. Fleuit re
pius redemptor ruinam
perfide ciuitatis quam ipsa ciui
tas non cognouit esse uenturam.
Cui flente domino recte dici
Quia si cognouisses et tu fl
eres quando quod uentu
re imminet cecitas. Tu au

Iuuat et ad iii capitulum F[blue initial]rates
notum facio uobis quod i
nemo in spiritu dei loquens dicit
anathema ihesu et nemo
potest dicere dominus ihesus nisi in spiritu sancto. O

Ad benedictus antiphona Cum appropinquaret dominus
iherusalem: uidens ciuitatem fleuit
super illam dicens quia si cognouisses
et tu quia uenient dies in te et circum
dabunt te et coangustabunt te
undique et ad terram prosternent te eo
quod non cognouisti tempus uisitationis
tue. Oratio ad omnia P[red initial]ateant
aures misericordie tue domine precibus
supplicantium ut et petentibus
desiderata concedas fac
eos que tibi placita sunt po
stulare. Per. Ad iii capitulum

D[blue initial]iuisiones uero gratiarum

sunt idem autem dominus et divisio-
nes operationum sunt idem vero
deus qui operatur omnia in omnibus.
Ad iii. Fratres unicuique
autem datur manifestatio
spiritus ad utilitatem. Alii quidem per
spiritum datur sermo sapientie,
alii sermo scientie secundum eundem
spiritum. In vesperis ad magnificat antiphona.
Videns dominus civitatem ierusalem flevit
super illam dicens quia si cognovisses et tu
que ad pacem tibi sunt nunc autem
abscondita sunt ab oculis tuis. Dominica
xi secundum lucam. In illo tempore. Dixit iesus
ad quosdam qui in se confide-
bant tanquam iusti et asperna-
bantur ceteros parabolam
istam. Duo homines as-
cenderunt in templum ut ora-
rent. Unus phariseus et
alter publicanus. Et reliqua. Augustinus.
Quatuor sunt species
tumoris quibus omnis
tumor arrogantium de-
monstratur. Cum bonum ali-
quis a semetipsis habere se existimat,
aliqui et sibi datum desuper
non credunt, aut pro suis

se hoc accepisse meritis
putantur. Aut certe iactant
se habere quod non habent et ceteris
despectis singulariter videri
appetunt habere quod non
habent. Qua phariseus iste
iactantie parte laborasse
deprehenditur. Cum iu-
sto de templo absque iu-
stificatione descendit quia
laude quam mira sibi
singularitatis tribuens orat
se publicano pretulit
dicens. Deus gratias ago
tibi quia non sum sicut ceteri
homines raptores in-
iusti adulteri velud eti-
am hic publicanus. Ieiu-
no bis in sabbato de-
cimas do omnium que pos-
sideo. Et reliqua. Ecce phariseus
ad exercendam abstinen-
ciam ad prebendam miseri-
cordiam ad referendas deo gratias ac-
cinctus venerat. Sed ad hu-
militatis custodiam non
pervenit. Ascendit enim orare
noluit deum rogare se

se laudare instituit et inuga
ti uisitare. Aliquid presti
tit contra insidias hostium
sunt tota ciuitas castre
custodit. Si unum foram
apertum reliquitur uni ab
hostibus ingreditur. Tu. Et
publicanus a longe stans
nolebat nec oculos ad celum
leuare sed percutiebat pectus
suum dicens. Deus propicius
esto mihi peccatori. Percutiebat
eum conscientia sed subleuabat eum
spes percutiendo pectus suum
penas de se ipso exigebat propicia
tamen domini conspectum prebebat.
Dic tamen que audivi dominum
suum dicentem. Quia omnis
qui se exaltat humiliabitur
et qui se humiliat exaltabitur.
Inuitat. Ad iij ca. Fratres.
Notum uobis facio euangelium
quod uobis predicaui quod et accepistis
in quo et statis per quod et
saluamini. Ps. Ad benedictus a.
Duo homines ascenderunt in
templum ut orarent unus publicanus
et alter phariseus. Phariseus
stans hec apud se orabat deus gratias
ago tibi quia non sum sicut ceteri
homines raptores iniusti adulteri
uelut etiam hic publicanus.
Publicanus autem stans percutiebat
pectus suum dicens deus propicius esto
mihi peccatori. Oratio ad omnes. Deus
qui omnipotenciam tuam
parcendo maxime et miserando
manifestas multiplica super
nos misericordiam tuam ut ad tua
promissa currentes celestium
bonorum facias esse consortes.
Per. Ad vi ca. Ego sum minimus
omnium apostolorum qui non sum
dignus uocari apostolus quia persecutus
sum ecclesiam dei. R. Ve.
Gratia autem dei sum id quod
sum et gratia eius in me uacua
non fuit. Ps. In uis. ad magnificat.
Stans a longe publicanus nolebat
oculos ad celum leuare sed percutiebat
pectus suum dicens deus propicius
esto mihi peccatori. Sr peccatis a. Deus
propicius esto mihi peccatori. Antiphona.
Omnis qui se exaltat humiliabitur
et qui se humiliat exaltabitur.
Dominica xij secundum Marcum.

In illo tempore. Exiens Ihesus de finibus Tyri venit per Sidonem ad mare Galilee inter medios fines Decapoleos. Et reliqua. Gregorii.

Surdus ille et mutus quem mirabiliter curatum modo evangelio legente audivimus genus humanum signat qui ab errore divina redemptione mererentur liberari. Obsurduit namque homo ab audiendo verbo postquam monstra serpentis verba contra Deum dum audivit. Mutus autem a laude conditoris effectus est ex quo cum seductore colloquium habere presumpsit. Heu miseri generis humani defectus quod in radice vitiorum germinavit, quo longius viciis dilatari cepit propagine ramorum ut veniret ad carnem ex corporis primis de lumbis fidelibus totus pene mundus ab agnitione et confessione creatoris surdus et mutus permansit. Sed ubi humanitati propriam suscipiendam dignatus.

Quid est ergo quod creator omnium Deus cum surdum et mutum sanare voluisset in auriculas illius suos digitos misit et expuens linguam eius tetigit? Quid per digitos redemptoris nisi dona spiritus sancti designantur? Unde cum in loco alio eiecisset demonium dixit: Si in digito Dei eicio demonia profecto pervenit in vos regnum Dei. Digitos ergo in auriculas mittere est per dona sancti spiritus mentem surdi ad obedientiam aperire.

Quid est vero quod expuens linguam eius tetigit? Saliva nobis est ex ore redemptoris accepta sapientia in eloquio divino. Saliva quippe ex capite defluit in os. Ergo sapientia que ipse est dum lingua nostra tangitur mox ad predicationis verba formatur. Qui suspiciens in celum ingemuit quod non

xpe nostrum qui genuimi heret
qui tabitur quod postula
bit. Sr. Nos ad eum qui
genuit qui celo presidet co
nant ut laudes uite predi
cat spiritus expediti lingua
nostra psallimus. Ons i. pr
sciam diuine locutionis
solui debeat ad illa predi
cationis. Tn. Iuuat et adiu
uet. Fiduciam autem talem
habemus per xpm ad deum non
ut sufficientes simus cogi
tare aliquid a nobis quasi ex nobis sed
sufficientia nostra ex deo est.
Do. Ad vii an. Cum turbaret
dominus per medios fines decapole
os surdos fecit audire et mutos
loqui. Oro ad an. Omnipotens
sempiterne deus qui habundan
cia pietatis tue et merita
supplicum excedis et uota
effunde super nos misericordiam tuam et
dimittas que conscientia metuit et adici
as quod oratio non presumit. Per.
ad vii cap. Xpc ydoneos
nos fecit ministros noui
testamenti non litere sed spiritus. D
Litera enim occidit spiritus autem uiuificat. ad ix cap
Do. In us ad magn.
Quanto eis precipiebat tanto
magis plus predicabant et eo
amplius mirabantur dicentes
bene omnia fecit surdos fecit au
dire et mutos loqui. Ps. Bndc. a.
Bene omnia fecit surdos fecit
audire et mutos loqui. Domi
nica xiii. sec. Lucam. In illo t. d. i.
d. s. Beati oculi qui uident
que uos uidetis. Et r. Bede
Non solum oculi scribe
et qui corpus domini tunc ui
debant sed illi beati sunt oculi
qui eius possunt cognoscere sa
cramenta quibus se et paruulis
reuelare dignatus est. Dico
enim uobis quod multi reges
et prophete uoluerunt uidere que
uos uidetis et non uiderunt
et audire que uos auditis
et non audierunt. Tn. Ab
raham exultauit ut uideret
diem meum et uidit et gauisus est.
Isayas micheas et multi
alii prophete uiderunt gloriam do

Sed hii omnes a longe aspicientes per speculum et in enigmate viderunt. Apostoli autem in presencia dominum habentes conversantesque ei et quecumque voluissent interrogando discentes. Nequaquam per angelos aut varias visiones opus habebant doceri. Quos lucas reges appellat. Hii enim sunt reges qui temptationum motibus non consenciendo succumbere sed regendo preesse voluerunt. Tu autem.

Et ecce quidam legisperitus surrexit temptans eum et dicens. Magister quid faciendo vitam eternam possidebo. Peritus qui temptat eum temptans dominum interrogat occasionem ut reor temptandi de ipsis domini sermonibus sumpsit ubi ait. Gaudete quod nomina vestra scripta sunt in celis. Dic ei. In lege quid scriptum est. Quomodo legis. Ut ex ipsius responsionibus iustificaretur si opere impleret que legeret aut condempnaretur si non fecisset ea que in lege didicerat.

At ille respondens dixit. Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo et ex tota anima tua et ex tota mente tua et proximum tuum sicut te ipsum. Dicit quidem quod legat sed non implevit quod didicerat. Tu

Invitat. et ad iii capitulum. Fratres. Abrahe dicte sunt promissiones et semini eius. non dicit et seminibus quasi in multis sed quasi in uno et semini tuo qui est christus.

Ad ben. an. Homo quidam descendebat ab iherusalem in iericho et incidit in latrones qui eciam despoliaverunt eum et plagis impositis abierunt semivivo relicto. Oro. Omnipotens sempiterne deus de cuius munere venit ut tibi a fidelibus tuis digne et laudabiliter serviatur tribue quesumus nobis ut ad promissiones tuas sine offensione curramus. Per. Ad sextam cap.

Lex propter transgressiones posita est donec veniret semen cui promiserat preordinata per angelos in manu mediatoris. Deo.

Fratres Conclusit. Ad ix ca.

scriptura omnia sub peccato ut
promissio ex fide ihesu christi
daretur credentibus. Beati o. q. vis.

Dico enim vobis quod multi
reges et prophete voluerunt videre que
vos videtis et non viderunt et
audire que audire que audi-
tis et non audierunt. Inf. eb. a. Magister
quid faciendo vitam eternam pos-
sidebo? At ille dixit: In lege quid
scriptum est? Diliges dominum ex toto cor-
de tuo. Ant. Quis tibi videtur
proximus fuisse illi qui incidit in
latrones? Et ait ille: Qui fecit mi-
sericordiam in illum. Vade et tu
fac similiter. Alleluia. Do. xiiii. s. Lucam.

R. In illo tempore: Cum iret ihesus
in ierusalem transibat per mediam
samariam et galileam. Et reliqua.

Omelia beati augustini. Leprosi
non absurde intelliguntur qui
scientiam vere fidei
non habentes varias doctrinas
profitentur erroris. Non enim
abscondunt imperitiam suam
sed pro summa peritia pro-
ferunt in lucem et iactantia
sermonis ostentant. Nulla
porro falsa doctrina est que
non aliqua vera intermisceat.
Tu.

Vera ergo falsis
inordinate permixta in una
disputatione vel narratione
hominis tamquam in unius
corporis colore apparentia si-
gnificant lepram tamquam
veris falsisque coloribus huma-
na corpora variantem
et maculantem. Hi autem tam
vitandi sunt ecclesie ut si fie-
ri potest longius remoti magno
clamore interpellant christum. Tu.

Qui steterunt
a longe et levaverunt vocem
dicentes: Ihesu preceptor mi-
serere nostri. Et bene ut salvet-
eum preceptorem nominant.
Quem enim et eius fide se ex-
pectare significant hic salvan-
di causa humiliter preceptore
ingemunt. Cumque ad sequi-
tatem preceptoris veniunt
mor ad formam salutis
recurrit. Nam sequitur.
Quos ut vidit, dixit:
Ite ostendite vos sacerdotibus.
Et factum est dum irent munda-
ti sunt. Tu.

Nullum
de corporalibus his beneficia
mirabilia quibus inveniuntur
misisse se ad sacerdotes nisi
leprosos. quia sacerdotium iudeorum

figura erat figura sacerdotij regalis quod est in ecclesia qua consecrantur omnes pertinentes ad corpus christi summi regis et principis sacerdotum. Siquis vel heretica pravitate vel superstitione gentili vel iudaica perfidia etiam schismate sinistra quasi vario colore perfusus et quasi carnem caruerit unitate et ut ad ecclesiam veniat colorem unius fidei veri quam accepit ostendat.

Invitatorium. Ad iij capitulum. Fratres Spiritu ambulate et desideria carnis non perficietis. Caro enim concupiscit adversus spiritum: spiritus autem adversus carnem.

Ad ben. ant. Dum intraret Ihesus in quoddam castellum occurrerunt ei decem viri leprosi qui steterunt a longe et levaverunt vocem dicentes Ihesu preceptor miserere nostri. *Oratio.*

Omnipotens sempiterne deus da nobis fidei spei et caritatis augmentum: et ut mereamur assequi quod promittis fac nos amare quod precipis. Per. *Ad vj capitulum.* Manifesta autem sunt opera carnis que sunt fornicatio immundicia luxuria avaricia idolorum servitus et his similia que predico vobis sicut predixi quoniam qui talia agunt regnum dei non consequentur. *Ad ix cap.* Qui autem sunt christi carnem suam crucifixerunt cum viciis et concupiscentiis. *In vig. ad magn.*

Nonne decem mundati sunt et novem ubi sunt non est inventus qui rediret et daret gloriam deo nisi hic alienigena vade quia fides tua te salvum fecit alleluia. *Dominica xv secundum Matheum.* In illo tempore dixit Ihesus discipulis suis. Nemo potest duobus dominis servire. Et reliqua. *Omelia beati Jeronimi.*

Qui sunt duo domini deinceps ostendit cum dicit. Non potestis servire deo et mammone. Mammona apud hebreos sermone divicie nuncupantur. Audiat hoc avarus audiat [illegible] non posse simul diviciis et christo servire. Et tamen non dixit qui divicias habet sed qui servit diviciis. Qui diviciarum servus est

dulcitas custodit ut serue-
Cui seruitutis excusserit iu-
gum diffinierat ut do-
Aut g. Aut unum odio
habebit et alium diliget. Ut sci-
licet odio habeat diabolum et
deum diligat. Aut etiam unum
ad herebit et alium contempnet.
Adherebit diabolo cum quis
eius premia temporalia sectatur
cupiditate implicatus et
deum autem contempnet. Non
dicit ut odio habeat. Nullus
enim conscientia deum odis-
se. per it contempnet eum id est
non timebit. Tu autem. Dico
autem uobis ne solliciti sitis
anime uestre id est uite quid
manducetis. Vel poti-
us quod induamini intelligen-
dum qui dedit animam id est
uitam multo facilius escam
esse daturum. ut qui corpus dedit
multo facilius esse daturum uesti-
mentum. Nonne anima plus
est quam esca. et corpus plus quam
uestimentum. Ex dicto istius
modi est qui maiora pre-
stitit. utique et minora pre-
stabit. Tu. In i ues. ad mgt. a.

Fratres. Si uiuimus spiritu spi-
ritu et ambulemus. Non effici-
amur inanis glorie cupidi
inuicem prouocantes inuicem in-
uidentes. D. ad bñd. antiph.
Considerate lilia agri quomodo
crescunt non laborant neque nent
dico autem uobis quia nec salomon
in omni gloria sua coopertus est sicut
unum ex istis. Oratio ad omnia.
Custodi quesumus domine ecclesi-
am tuam propiciatione perpetua
et quia sine te labitur huma-
na mortalitas tuis semper auxi-
liis abstrahatur a noxiis
et ad salutaria cuncta diri-
gatur. Per. ad vi cap. Fratres
si preoccupatus fuerit homo in
aliquo delicto uos qui
spirituales estis huiusmodi
instruite in spiritu lenitatis
considerans te ipsum ne et
tu tempteris. D. ad ix cap.
Que enim seminauerit
homo hec et metet. ergo
dum tempus habemus operemur bonum
maxime autem ad domesti-
cos fidei. D. In ii ues. ad mgt. a.
Nolite solliciti esse dicentes quid
manducabimus aut quid bibemus

scit enim pater vester celestis quid vobis necesse sit alleluia. Ant. Querite primum regnum dei et iusticiam eius et hec omnia adicientur vobis dicit dominus. Feria iiii quatuor temporum mensis septembris secundum marcum. In illo tempore Respondens unus de turba dixit ad ihesum Magister attuli filium meum ad te habentem spiritum mutum qui ubicumque eum apprehenderit allidit eum et spumat et stridet dentibus et arescit. Et reliqua.

Omelia lectionis eiusdem. Descendente ihesu de monte occurrit illi turba multa. Et ecce vir de turba exclamavit dicens Magister obsecro te respice in filium meum quia unicum est mihi. Loca rebus conveniunt. In monte dominus orat transformatus discipulis archana sue maiestatis aperit in inferiora descendens turba occursu excipitur miserorum fletu pulsatur. Sursum discipulis misteria regni reserat. Deorsum turbis peccata infidelitatis exprobrat. Sursum patris vocem his qui sequi poterunt pandit. Deorsum spiritus ab his qui vexabantur expellit. Lectio ii.

Demoniacum hunc quem descendens de monte dominus sanavit matheus lunaticum marcus surdum mutumque describit. Significat autem eos de quibus scriptum est Stultus ut luna mutatur. Qui nunquam in eodem statu permanentes nunc ad hec nunc ad alia vicia mutati crescunt et decrescunt. Muti non confitendo fidem surdi non ipsius saltem veritatis audiendo sermonem. Lectio [illegible] iiii [illegible] ieiunii [illegible] dicitur ut in psalterio et suffragium similiter in horis. Feria vi secundum Lucam.

In illo tempore Rogavit ihesum quidam phariseus ut manducaret cum illo. Et reliqua. Omelia gregorii.

Quem phariseus iste de falsa iusticia presumentes nisi iudaicum populum. Quem peccatrix mulier sed ad vestigia domini veniens et plorans nisi conversa gentilitas.

designat. Que cum alabastrum
venit unguentum fudit.
retro secus pedes stetit pe
des lacrimis rigauit capillis tersit.
que pedes insinuendo tergebat
pedes osculari non desinit. L.

Nos ergo illa mulier ex
pressit si toto corde ad do
minum post peccata redeamus si eius penitentie
luctus imitemur. Quid
namque unguento nisi bo
ne odor opinionis exprimitur.
Unde et paulus dicit christi bo
nus odor sumus in omni loco. Si
ergo recta opera agimus quibus
opinionis bone odore
ecclesiam respergamus. Quid
in corpore domini nisi unguentum
fundimus. Tu.

Sed retro se
cus pedes domini mulier stetit. Contra
pedes eius domini stetimus cum in
peccatis positi eius itinera
renitebamus. Sed si ad veram
penitentiam post peccata conuertimur iam
retro secus pedes domini stamus
quia eius uestigia sequimur
que impugnabamus. Tu autem.

Sabbato secundum lucam.

In illo tempore. Dixit ihesus turbis
similitudinem hanc. Arbo
rem fici habebat plantatam in vinea
sua. et venit querens fructum
in illa et non invenit. Et reliqua.

Quid arbor fici nisi hu
manam naturam significat.
Quid mulier inclinata ni
si eandem naturam significando
designat. Que bene pla
tata est sicut ficus et bene cre
ata sicut mulier. Sed in
culpam sponte lapsa nec
fructum seruat operationis
nec statum rectitudinis. Lectio

Ad peccatum quippe ex volun
tate corruens quia fruc
tum obedientie ferre no
luit statum rectitudinis
amisit. Que ad dei simili
tudinem condita dum in sua
dignitate non persistit esse pla
tata vel creata fuerat serua
re contempsit. Tercio do
minus ad ficulneam venit
quia naturam generis huma
ni ante legem sub lege sub gratia
expectando ammonendo
uisitauit. Tu.

Dixit autem ad
cultorem vinee. Ecce anni

tres sunt ex quib' ueni finē
tum quiens i fraudica hic
nro iueniq. Venit aut le
gem. quia nisi lex iustiam
quod iustificet exemplo
sui instit erga verum age
debemus i nobis. Venit i
lege quia p̄pi legē daretur
venit p̄ legem p̄gium q̄
pietatis sue p̄nium p̄ui
am exhibendo mostrum. Tu

Dominica xviii s̄c̄dm lucam lu

In illo t̄. Iħc i ciuitate
que uocatur naym. R̄. aug'.
Naym ciuitas ē galy
lee i sicq montis monis tha
bor quam imphe. Defunct'
iste q̄ extra portam ciuitatis
multis intuentib' est elatus
significat hominem letali cri
mine sopitum. Qui bene
unicus filius matris sue i
fuisse p̄hib'. Quia licet
ex multis collecta p̄sonis una
sit p̄ma i immaculata uirgo
mr eccl̄ia. singuli tamen quique
fidelium uniuersalis se ec
filios eē fatentur. Q̄
eciam bii iudica dicit cus
sponsi dominus morte se

redemptam meminit i
flere p̄hibentur filium spi
ali ceciunatu aut spiritualit
er sp̄e uite rediuiuide p
uincupiscior deleat. Tu ci
at uidua comitatur
ur uiso tanto miraculo
multi testes multiq; dī fi
erent laudatores. Tu le

Porta ciuitatis quam
diuit effert p̄imo aliq'
ē de sensib' corporis. Qui
enim seminat discordias
uit fr̄es i iniquitate i ex
celso loquitur. P̄ois porta
exiuit mortuus. et qui
uiderit mulierem ad con
cupiscendum eam. porta cor
pam sue mortis indica
uit. Loculus in quo mortu'
effertur male secura despe
rati p̄ctoris consciencia e.
Qui uero ad sepeliendum
portant t immunda desideria
sunt q̄ hominem i iuniuis ra
piunt uel lenocinia ue
neuata blandientium sodi
orum que porta munus du
fraudib' attollunt aqui
mulant. Tu Et dno.

tangente loculum et iuvene surrexit. Item funeris [illegible] tenebre [?] loquebatur. Sic peccatum intima compunctione resuscitat tactus signi formidine iudicij sexus a carnali voluptate et iuvenem lasciviencium turba coherens reducit ad vitam cuius qui prius lucrando [illegible] Resurrectus [?] viri cum pec[?] sacietate retenta iudicij communionis sanatur corde. Accepit ergo omnes timor et magnificabatur deus. Et quanto desperacione minores adiutor revocat tanto plures eorum corriguntur exemplo. T[u autem]. Hymnus [?] ad tertiam cap.

Fratres. Obsecro vos ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis que est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem domini nostri Ihesu Christi. Deo [gratias]. Ad vi antiphona.

Ibat Ihesus in civitatem que vocatur Naym et ecce defunctus efferebatur filius unicus matris sue. Oratio.

Ecclesiam tuam domine miseratio continuata mundet et muniat; et quia sine te non potest salva consistere, tuo semper munere gubernetur. Per. Ad vi cap.

In caritate radicati et fundati ut possitis comprehendere cum omnibus sanctis que sit latitudo et longitudo et sublimitas et profundum, scire etiam supereminentem scientie caritatem Christi ut impleamini in omnem plenitudinem dei. Deo [gratias]. Ad ix cap.

Ei autem qui potens est omnia facere superhabundanter quam petimus aut intelligimus secundum virtutem que operatur in nobis ipsi gloria in ecclesia et in Christo Ihesu in omnes generationes. Deo [gratias]. Ad magnificat.

Accessit Ihesus ad loculum et ait: Adolescens tibi dico surge; et sedit qui erat mortuus et cepit loqui. Alleluia. Per ebdomadam antiphona. Ps. Magnificat. Antiphona. Accepit autem omnes timor.

Quarta feria [?] post Letare [?] Ca[pitulum] xviij secundum Lucam.

In illo tempore. Cum intraret Ihesus in domum cuiusdam principis phariseorum

sabbato manducare panem et
ipsi observabant eum. Bs. iii. lectio

Ydropis est morbus ab aq-
uoso humore vocabulum
trahens. Grece enim ydor aqua
latine vocatur. Est autem
humor subcutaneus de vicio
vesice natus cum inflatione
turgenti et anhelitu fetido.
Et hunc est ydropici quod
quanto magis habundat hu-
more inordinato tanto
amplius sitit. Ideo compara-
tur qui fluxus carnalium vo-
luptatum exuberans aggra-
vatur. Comparatur et diviti a-
varo qui quanto est copio-
sior divitiis quibus non
bene utitur tanto ardencius
alias concupiscit. Et videns
Jhesus ad legisperitos et phariseos
dixit: Licet sabbato curare? At
illi tacuerunt. Quod dicitur
et vidisse ad hoc respicit quod
premissum est ipsi observabant
eum. Qui enim novit cogi-
taciones hominum. Tunc. Meri-
to ergo in eum tacent
qui contra se dictum quodcumque

dicitur vident. Num si
licet sabbato curare quare
salvatorem curet observant? Si non licet quare
ipsi sabbato pecora curant?
Ipse vero apprehensum sanavit
illum ac dimisit. Proinde
disputacione dominus ante legis
peritos et phariseos ydropicum
curat et mox contra avari-
ciam disputat ut videlicet
